p. 16. deest tabula aeri incisa





SCHEDIASMA
HISTORICO GEOGRAPHICUM
DE

VAREGIS,

HEROIBUS SCANDIANIS

ET

PRIMIS RUSSIÆ DYNASTIS,

QVO LICUIT STUDIO

EXHIBITUM

AB

ERICO JULIO BIOERNER.

STOCKHOLMIÆ,
IMPRESSUM TYPIS LAURENTII SALVII
MDCCXLIII.

SACRÆ REGIÆ MAJESTA-
Summæ Fidei Viro,
SENATORI PURPURATO,
Celsissimo & Illustrissimo
BARONI AC DOMINO,

DN. GUSTAVO PALMFELDT,

Herculi Musagetæ

Gratiosissimo,

Opusculum hocce, illustrem veterum Va-
ac domina, prodierunt, memoriam ac
rem, avita virtute & sapientia par-
tati commendans, in submissæ
perennem
L. M.
D.
AU-

TIS REGNIQUE SUEDIÆ
Maximæ Fidei Viro,
AULÆ CANCELLARIO,
Perillustri & Excellentissimo
COMITI AC DOMINO,

DN. CAROLO FRIDERICO PIPER,

Heroi Mæcenati

Benignissimo,

regorum, qui e Scandinavia, gentium vagina
famam renovans, adeoque Patriæ hono-
tum, omni, si qua futura est, posteri-
devotionis & certissimi cultus
Arrham
Q.
D.
CTOR.

Luca-

Lucanus:

Invidus, annoſo qui famam dero-
gat ævo.

Horatius:

Non veniam antiquis, ſed hono-
rem & prœmia poſco.

Idem:

Hoc opus, hoc ſtudium parvi pro-
peremus & ampli,
Si patriæ volumus, ſi nobis vivere
grati.

Quem

ad pag. I.

LITERARUM MOESO-GOTHICARUM.

FIGURA.	POTESTAS.		VALOR ARITHMETICUS.
𐌰	a.	α.	1.
𐌱	b.	β.	2.
𐌲	g.	γ.	3.
𐌳	d.	δ.	4.
𐌴	e.	ε.	5.
𐍆	f. ph.	φ.	400.
𐌾	j. ghi.		60.
𐌷	h.		8.
𐌹 & I	i.	ι.	10.
𐌺	k.	κ.	20.
𐌻	l.	λ.	30.
𐌼	m.	μ.	40.
𐌽	n.	ν.	50.
𐍉	o.	ο. ω.	500.
𐍀	p.	π.	80.
𐍈	qh. hw.		700.
𐍁	incertæ potestatis		90.
𐍂	r.	ρ.	100.
𐍃	ſ.	σ.	200.
𐍄	t.	τ.	300.
𐌸	th.	ϑ.	9.
𐌿	u.	ου. ȣ.	70.
𐌵	qu. qw.		6.
𐍅	w. v. y.	υ.	600.
𐍇	ch.	χ.	800.
𐌶	z.	ζ.	7.
nota	τ͂	m	
nota	τ͂	n	

Abſolutis, ordine Alphabetico, numerorum notis, ſuperſunt quidem plurimæ, quæ, ex Gothica ratione computandi unico elemento nequeunt deſignari; earum vero illas apponimus tantum, quæ inter primam & ſecundam Decada reſtant, nimirum: ia, 11. ib, 12. ig, 13. id, 14. ie, 15. iqu, 16. iz, 17. ih, 18. ith, 19. Plures deſiderans conſulat Cel. O. VERELIUM, in Manuductione ad Runographiam Scandicam: cap. XIII.



QUem demum, illuſtrandis tam aliarum, quam noſtrarum gentium rebus præclare geſtis, præbeant USUM HISTORIÆ VETERIS AEVI SCANDO-GOTHICÆ, vulgo haud, ſane, inepte SAGOR (a) nuncupatæ, inprimis, quæ brevi in lucem prodibit, HISTORIA de ODDO ORFIO ſ. JACULATORE, ex eo potiſſimum colligitur, quod, quemadmodum ejusdem præſtantiæ plures

(a) A *ſa*, *ſæga*, *ſægia*, dicere, narrare, ſignare; unde *ſaga*, *ſagn*, *ſægn*, dictum, narratio, ſignum; cui cognatum *ſi*, *ſia*, videre, perſpicere, quod quæ pueri videmus ac audimus, mox eloqui & narrare diſcamus. Hinc & Hiſtoria παρα το ἱϛορειν deducitur, quod pariter & *ſpectandi* & *memorandi* notionem habet. Cfr. Voſſ. de Arte hiſt. c. 1. & Eryc. Puteani Epiſt. dedic, ad Epiſtoll. Promulſidem.

(b) multos REGES atque HEROAS commemorant, qui SUEDIA, GOTHIA & NORRIGIA oriundi, per GARDARICIAM ſ. RUSSIAM aliasque ORIENTIS REGIONES, inde a tempore SIGURLAMI, filii Odini poſterioris, usque ad introductam apud nos CHRISTIANAM RELIGIONEM, immo deinceps, diu imperium dominiumque tenuerunt, & a nobis jam pridem omnes alibi (c) juſta ſerie adducti ſunt; ita & dicta HISTORIA de ODDO JACULATORE ejusmodi Reges ac Heroas RUSSICOS exhibet, præſertim TRES illos ultimæ ætatis PRINCIPES, quorum deſcriptionem, ex RELATIONIBUS MINUS INTEGRIS, ingerere ſolent ipſi Ruſſi, prout ex SCRIPTIS HERBERSTEINII (d) PETREII, (e) DANCKÆRI (f) nu-

(b) Origines Norrigicæ, Hiſtoriæ de Hervora, Sturlœgo, Egillo & Aſmundo, Sturleſonii Hiſt. Regg. Septentr. aliæque perplurimæ, quarum nonnullæ in Volumine noſtro Hiſtorico prodierunt A. 1737. plures autem in Reg. Antiqq. Archivo adhuc latent. (c) In Hiſtoria noſtra Ruſſica (d) Rerum Moſcoviticarum Commentarii, edit. Francof. A. 1600. in fol. (e) Regni Muſchovitici Sciographia, edit. Sved. Stockholmenſ. A. 1614. in quarto. (f) Beſchryvinge van Moſcovien ofte Ruſlant, edit. Amſtel. A. 1615. in 4:to.

nuperrimaque TRADITIONUM RUSSICARUM COLLECTIONE, quæ Anno 1732. Petropolitanis evulgata eſt typis, liquidiſſime cernere licet.

Et quidem in eo fere omnes præclare conſentiunt, PRIMOS RUSSORUM PRINCIPES a VAREGIS ſ. SCANDO-GOTHICIS noſtris HEROIBUS ORTUM duxiſſe haud inficiandum; an vero VESTIGIA eorum luculenta, QUINAMQVE adeo revera fuiſſe cenſendi ſint, ex COLLATIONE HISTORIARUM SCANDO-GOTHICARUM indagari & e tenebris erui posſint, neminem eorum, qui omni mea laude ſuperiores, in Originibus Ruſſicis enucleandis deſudavere, (g) adhuc ſatis inquiſiviſſe, tam eſt certum quam quod certiſſimum. Quæ itaque noſtra in his illuſtrandis fuerit opera, ex infra dicendis facile pateſcet.

(g) In his, præter laudatos *Herberſteinium* & *Anonymum* auctorem prædictæ Collectionis, præcipue numerandi ſunt *Petrejus* Secretarius Legationis Suedicæ ad Ruſſos olim factæ L. c. *Örnhielmius* Hiſtoriographus R. Sv. in Hiſt. Sv. Goth. eccleſ. p. 583. D. *Arvid. Mollerus* Profeſſ. Lund. in diſp. de Varegia (Vargœn) A. 1731. D. *Algot. Scarinus* Profeſſ. Aboënſ. in Diſp. de Originibus priſcæ gentis Varegorum A. 1734.

Initio autem traditiones Russorum prælibare operæ fuerit pretium, ad ductum utique Collectionis Petropolitanæ, subfixis hinc inde prælaudatorum ejusdem gentis scriptorum pluribus ac variantibus narrationibus.

Produnt nimirum chronica eorum, exortis olim apud præcipuos civium tantis seditionibus, mutuisque de principatu obtinendo contentionibus, ut ad TRIBUTUM ANNUUM (h) genti cuidam, KOSARI vel VAREGI (i) nuncupatæ, una cum POLONIS, SERVIIS & VOTIGIS, cogerentur pendendum, pervenisse circa Annum Christ. 860. (k) & sequentes, ex REGIONE TRANSMARINA alios ARMATOS VAREGOS, per mare orientale s. Balticum, qui ZUDIS s. Fennis & Æstiis,

Herbersteinius, *aspreolorum pelliculas* de singulis ædibus tributi loco injunctas fuisse docet. (i) Idem *Coseros* æque ac *Varegos* tributum illud exegisse refert. (k) Eodem autem & *Petrejo*, alios codices sequentibus, oportet idipsum longe *prius* contigisse, quod & ex *adventu* trigæ istius fratrum mox patebit.

stiis, (l) nec non SLAVIS, MERANIS & KRIVITZIIS censum imperare tentabant. Ut ut vero hi illud recusaverint, Principes tamen eorum nonnulli, interea, immo antea, apud Varegos, EXERCITII MILITARIS ergo versati (m) partim PERSVASIONIBUS apud Varegos, partim DECANTATIS horum apud suos EGREGIIS FACTIS, eo rem perduxerunt suam, ut, ex gente Varegorum, FRATRES TRES, a Russis PRINCIPES electi fuerint. Advenerunt itaque (n) his celebrati nominibus: AURIKUS s. RURIKUS ad Lacum LADOGENSEM (o) TRUVORUS s. TROIVORUS ad ISBORSKUM (p) in PLESKOVIA, & SINANUS s. SINAUS ad BIALOOZORAM (q) sedes suas auspicato figentes.

 Ut-

(l Idem etiam narrant Stralenbergius in Tract. Germ. cui titulus: Das Nord vnd Ostliche Theil von Europa und Asia &c. p. 194. & celeb. Scarinus L.c.p. 56. sq. (m) Quos inter *Gostomisselus* maxime eminuit, *sede* jam tum ad *lacum Ilmensem* nactus, v. Herberst. & Petrej. (n) Juxta Herberst. A. M. 6370. Petrej. A. Chr. 752. Danckær. autem A. 951. (o) In *Novogardensi* provincia (p) Oppidum *Svortzechum*. (q) *Album lacum*.

Utrumque fratrem primus AURIKUS ætate superasse, & utriusque defuncti proinde (r) obtinuisse imperium dicitur; quo facto ad lacum Ilmensem, quorsum se contulerat, urbem NOVOGARDIAM restauravit, cujus CIVES ANTIQVI, inde ab initio, VAREGI fuere, unde etiam TOTA RUSSIA, a fratrum horum temporibus, NOVOGARDIÆ promeruit titulum. Postquam vero Aurikus f. Rurikus hanc urbem sedem elegerat suam, VIRIS quibusdam PRÆCIPUIS, natione VAREGIS, ob insignem eorum præstitam fidem ac operam, castra, sive regiones, POLTOKIAM, ROSTOVIAM & BIALAOZORAM tradidit gubernandas; præstantissimis simul duobus, ex cohorte nobilium, SKOLLDO & DIRO, qui una cum eo advenerant, ad nutum eorum, cum familiis, CONSTANTINOPOLIN commigrare permittens. Hi vero, sub itinere, KIOVIAM petivere, & cognito, a tribus fratribus oppidum exstructum fuisse, ibi permanserunt, & reliquis VAREGIS adjuvantibus, PROPRIUM PRINCIPA-

(r) Herberst. sine herede defunctos scribit.

PATUM, maximam simul POLONIÆ partem occupantes, instaurarunt.

Erat antea commemorato Auriko f. Ruriko filius nomine IGORUS, quem, ut impubem, circa obitum suum, qui A. 870. contigit, curæ & tutelæ COGNATI sui OLEGI (s) prudenter commisit. Hic itaque imperium administrans vicarium, exercitu quodam, ex VAREGIS, ZUDIS, SLAVIS &c. sibi delecto, fratribus vero supradictis Skolldo & Diro mox neci datis, SMOLENSKOVIAM, LUBEGUM & ipsam KIOVIAM sub potestatem Igori redegit. Hinc etiam Dreulianos, Severios atque Rodomirios tributo reddidit obnoxios, DOMINIUM postea in omnes Russicas gentes, circa a. 885. obtinens. Anno autem 903. dum maturam adtigisset ætatem IGORUS, virginem, Plescoviæ natam, nomine OLENAM f. OLGAM conjugem duxit, moxque OLEGUS, numeroso ex Varegis comparato eductoque exercitu, CONSTAN-

(s) Petrejus *bellatorem* appellat insignem.

STANTINOPOLIN expugnavit (t) miſſis a. 912. illuc legatis, qui Imperatores LEONEM ALEXANDRUM & CONSTANTINUM, ad ſtabiliendam, præter commercia, pacem ſollicitarent. Iſti LEGATI ſequentes cenſentur numero: INGELD, FARLOV (FARLIOT) VEREMUND (BELMDER) RULAF, GUDI (GRODI) RUALD, KARN (KARU) FRELAV, ACTEV, TRUAN, LIDUL & FEST (LIDULPHOST) & STEMIR. Et quidem hi ipſi, in inſtrumento Pacis, titulo KARLI univerſim inſigniti traduntur. Tandem, poſtquam Olegus pacem ac tranquillitatem per totum obtinuerat regnum, accidit, ut ſubito moreretur ipſius EQUUS, quem MAGORUM nonnemo MORTEM ei acceleraturum fore prædixerat. quare admodum circumſpecte eum tractare ſolebat; ſublato autem poſtmodum illo, a periculo prorſus liberatum ſe exiſtimavit. Cumque adeo tem-

(t) Herberſteinius hæc duntaxat de Olegi rebus geſtis habet: devictis multis provinciis regnum auxit, arma in *Græciam* usque transferens, *Bizantium* etiam obſedit. Addit Petrejus, Olegum iſtam urbem expugnaſſe.

tempus haud exiguum præterfluxiſſet (u) lubido ipſi inceſſit, locum, ubi proſtratum erat cadaver, viſendi, ut nimirum priſtinum, tanquam fallax, illuderet præſagium; at vero PEDEM, quo CRANIUM EQUINUM conculcaverat, inde prorepens VIPERA morſu corripuit adeo noxio, ut eodem finire vitam coactus ſit ſuam. (x) Olegi proinde mortem civium multi acerbis proſequentes lacrymis, in MONTE SCHESKOVILENSI funus inſigni contumulabant pompa, ubi & MONIMENTUM illius ſepulcrale, adhuc ætate ſcriptoris Ruſſici, ſpectandum fuiſſe perhibetur.

Poſt diſceſſum hujus Olegi, IGORUS propinquus illius, regio ſolio a. 913. admotus, grave admodum tributum a Drevlianis exegit,

quin

(x) Paria habet Herberſteinus, Petrejus autem *iſtum* caſum, ut ſuperſtitioni obnoxium, enarrat, morſus, inquiens, quo pedem vulneravit vipera, ipſi mortem concivit, cum ad equum, quem multi fecerat, jam autem proſtratus humi jacebat, videndum exiret; quo facto caput equinum, quod tanquam *idolum* coleret, attigit, unde dicta vipera erumpens, tale ei tribuit prœmium ſuperſtitionis, qualis eſſet Deus.

quin & bello Petschingis illato, copias quasdam adversus IMPERATOREM GRÆCORUM, a. 938. sed successu prorsus infelici, eduxit (y) Quapropter eundem denuo Imperatorem, ingenti aggressus est exercitu; ast quum Imperator amicitiam ei suam & pacem ultro offerret, domum rediit, atque a. 945. LEGATOS Græcos, pristini fœderis restaurationem expetituros, adventantes habuit. Hincque commoti Igorus & Olga, quibus filii fuere FUIEVAST (VUIEVAST) & SUETOSLAV, simul NUNTIOS & MERCATORES: VOLADISLAV, SCHIGOBERN (SCHICHBERN) ULEV (UGLEB) TURADUV, PHASTOV, GRIM, JACUN, IATVÆG, GUNAREV, ALDAN, ALVAD, TUROBRID, ADUN, ADOLP, UTIN, MANE, TUROBIN, FURSTEN, SVEN, BRUNJALD, GUNASTER, USTIN alios-

(y) Herbersteinius & Petrejus, hæc tantum pauca & singularia produnt: Igorus cum exercitu suo longius progrediens, *Heracleam* & *Nicomediam* pervenit, tandemque bello superatus aufugit.

aliosque (z) ad Imperatorem ablegarunt. Paulo post, cum Igorus parva manu Dreulianos, eum in finem adoriretur, ut ad graviorem multo eos adigeret collationem, ab eis occisus est (a) Uxor ipsius superstes Olga, imperium deinde, cum consiliario principe ASMUNDO, exercuit, militiæ autem dux fuit SVENALDUS (b) Hi ut & SVETOSLAVUS, qui fasces a. 946 suscepit, Drevlianos iterum debellarunt, expugnantes deinceps, socia Regina, urbem KOROSTENAM, postea ISKOREST dictam (c) A. tandem 948.

(d) ad

(z) De quibus vide collectorem p. 22. coll. p. 412. sq.
(a) Herbersteinius & Petrejus referunt: post fugam supra memoratam, a *Malditto* Drevlianorum Principe, in quodam loco, *Coreste* nomine, ubi etiam sepultus est, occiditur (b) Herbersteinius & Petrejus vocant eum *Svadoltum* (c) Iidem referunt: ad Olgam cum Drevliani 20. internuntios misissent, cum mandatis, ut eorum principi nuberet, Olga nuntios illos vivos obrui jussit, suosque interim legatos ad eos misit, nimirum, si se principem & dominam expeterent, ut plures atque præstantiores procos mitterent. Mox alios selectos 50. viros ad se missos in balneo combussit, aliosque legatos iterum misit, qui adventum suum annuntiarent, juberentque apparare aquam mulsam aliaque ex more ad parentandum marito defuncto necessaria. Por-

(d) ad IMPERATOREM Conſtantinopolitanum, CONSTANTINUM LEONIS filium (e) iter inſtituit Olga, eo animo, ut RELIGIONIS CHRISTIANÆ imbueretur cognitione; eâque adepta, domum quidem rediit, nunquam tamen

ro cum ad Drevlianos veniſſet, maritum deplanxit, Drevlianos inebriavit, 5000 eorum occidit. Mox Chioviam reverſa, exercitum conſcripſit, contra Drevlianos progresſa victoriam reportavit, fugientes in caſtrum perſecuta, obſidione ad integrum annum preſſit. Poſt, interpoſitis conditionibus, tributum illis de qualibet domo, tres videlicet *columbas*, totidemque *paſſeres*, imperat, acceptasque aves, continuo alligatis ſub alas igneis quibusdam inſtrumentis, dimittit. Avolantes columbæ ad ædes conſvetas redeunt revolantque, caſtrum incendunt. Inflammato jam caſtro diffugientes aut occiduntur aut capti venduntur. (Fabulam ſi detraxeris B. L. mox, non columbas pavidas imbellesque, ſed *adulatores ſ. proditores celeres ac verſipelles* cognoſces; quales, profecto, *mythiſtorias*, Scando-Gothis noſtris uſitatas fuiſſe in introductione noſtra ad Antiq. Goth. p. 109. 117. 209. ſqq. probavimus.) Occupatis itaque omnibus Drevlianorum caſtris ultra mariti mortem, Chioviam revertitur. (d) Petrejus memorat A. Chr. 876. (e) Herberſteinius & Petrejus: in Græciam profecta, *baptiſmum*, ſub rege Johanne Conſtantinopolitano ſuſcepit, commutatoque nomine *Olha*, *Helena* vocata eſt. Hæc *prima* inter Ruthenos *Chriſtiana* fuit, qui eam *Soli* æquiparant. Sicut enim ſol ipſum mundum illuminat, ita & illa ipſam Ruſſiam fide Chriſtiana illuſtraſſe dicitur.

men ante obitum, qui a. 969. accidit, ad eadem recipienda ſacra, filium Suetoſlavum permovere potuit.

Huic Suetoſlavo, tres fuere filii: JAROPOLKUS, OLEGUS & ULADIMIRUS, quos inter, poſtquam varias res egregie peregiſſet, (f) regnum diviſit (g) Succeſſit adeo Patri in imperio

(f) Herberſteinius & Petrejus: ille (Svetoſlavus) cum adoleviſſet, ſtrenuus ac promptus, ad Danubium armis prolatis, Bulgaros vicit, inque civitate Pereaſlav ſedem poſuit ſuam. Hoc peracto, mater Olga, poſt triduum moritur, atque a nepote ex filio *Volodomiro*, jam *baptizato*, in numerum Sanctorum refertur. (g) Iidem: Suetoſlavus diu regnavit; filiorum primo dedit Chioviam, ſecundo provinciam Drevlianam, tertio Novogardiam. Nam Novogardenſes, impulſu cujusdam mulieris Dobrinæ, Volodomirum Principem impetrarunt. Erat enim Novogardiæ civis quidam, Caluſcza parvus dictus, qui habuit duas filias, Dobrinam & Maluſcham. Maluſcha erat in gynæcio Olhæ, quam imprægnaverat Suetoſlavus, & ex ea Volodomirum ſuſceperat. Suetoſlavus, cum filiis proſpexisſet, pergit in Bulgariam, Pereaſlav civitatem obſidet capitque. *Baſilio* & *Conſtantino* regibus bellum denuntiat; at hi pacem ſimulantes & tributa, cognitaque adeo exercitus ejus vi, Ruthenos terrent appropinquantes. Suetoſlavus tamen ſuos ſumma fortitudine excitans, Græcos impetu devicit magno, quorum dein Principes, non tam auro & pandochmi, quæ munera ſibi antea imperaverat danda,

perio JAROPOLKUS a. 973. & quum frater ejus Olegus, Suenaldi filium, nomine LUTUM, inter venandum e medio ſuſtuliſſet, fratrem regem ad expetendas, illato bello, domeſtici ſanguinis pœnas excitavit Suenaldus, quo & cæſus eſt Olegus. De hoc caſu timens ULADIMIRUS, a. 978. ſqq. ad VAREGOS mari tranſiit, ibique congregato exercitu haud exiguo, Ducem Polteſkiæ ſ. Plotſchoviæ ROGVALDUM bello proſecutus eſt, eo quod filiæ hujus RAGNADÆ, quæ cum patre ex regionibus transmarinis (h) redierat, nuptias ambiens, repulſam tuliſſet, quem ideo una cum utroque ejus filio occidit. Hinc filiam ejus duxit uxorem, & armis contra fratrem Jaropolkum motis, cum per inſidias amici BLUDI, herois inter Varegos egregii,

quam armis & veſtimentis ſponte oblatis, victorem deliniverunt. Accedente etiam ipſo *Conſtantinopolin*, Græci magno ſe redimentes tributo, eum a finibus Græciæ avertunt. Tandem tamen a Curete Principe Pieczenigorum, ex inſidiis interficitur. (h) Iidem: reverſus mittit ad *Rochvolochdam* Principem Pleſchoviæ (nam & ipſe ex *Varegis* illuc commigraverat) & filiam ſuam *Rochmidam* uxorem petit.

gii, (i) tandem vita privandum curavit. Uladimirus conjugem elegit alteram, relictam nempe Jaropolki viduam, (k) ex qua SVATOPOLKUM progenuit, A. 987. religionem Chriſtianam profeſſus, matrimonium cum Imperatoris orientis ſorore ANNA contraxit, totumque regnum ad CHRISTIANORUM ſuſcipiendam permovit RELIGIONEM. Ex uxoribus ſuis, quas ſuperduxit plures (l) nati ipſi erant

(i) Iidem: quem *Patris* appellatione dignatus eſt, intimum quippe Jeropolki conſiliarium (k) Iidem: Quo facto fratris uxorem, natione Græcam, ſtupravit. Hic Volodomirus multa *idola* Chioviæ inſtituit. Primum idolum *Perum* dictum, capite argenteo, cetera *lignea* erant. Alia *Uſlad*, *Corſa*, *Daſva*, *Striba*, *Simærgla*, *Macoſch* vocabantur, quæ alias *Cumeri* appellabantur. (l) Iidem: uxores habuit plurimas, ex *Rochmida* autem ſuſcepit *Iſoſlavum*, *Jeroſlavum*, *Seuoldum* & duas filias. Ex Græca *Svetopolkum*; ex Bohema *Saſlavum*, item ex alia Bohema *Suatoſlavum* & *Staniſlavum* ex Bulgara *Boris* & *Chleb* (Petrejus addit: *Meſtiſlav*, *Potzvitz* & *Sudiſlav*.) Cumque adeo ſine impedimento totius Ruſſiæ eſſet monarcha factus, venerunt ad ipſum ex diverſis locis oratores, hortantes ut ſe eorum ſectæ adjungeret. Tandem quum omnibus aliis *fidem Chriſtianam* Græco ritu prætuliſſet elegiſſetque, miſſis oratoribus Conſtantinopolin ad *Baſilium* & *Conſtantinum* reges, *Annam* ſororem, uxorem ſibi ſi darent, ſe fidem Chriſti, cum omnibus ſuis ſubditis ſuſcepturum, & reſtituturum illis corſum & alia omnia, quæ

erant filii 12. nominatim vero ex conjuge Ragnada filium habuit JAROSLAVUM, qui a. 1015. adversus genitorem VAREGOS in auxilium provocavit, quibus advenientibus & hic obiit.


Impe-

in Græcia possideret, pollicetur. Re impetrata constituitur tempus eligiturque locus Corsun, quo cum convenissent reges, baptisatus est Volodimirus, commutatoque nomine *Volodimiri*, *Basilio* illi nomen imponitur. Nuptiis celebratis, Corsun una cum aliis, sicuti promiserat, restituit. Hæc acta sunt a. m. 6469. a quo tempore Russia in fide Christi permansit. Anna moritur 23. anno post nuptias, Volodimirus vero anno post obitum uxoris decessit (Petrejus: a. Chr. 980.) Is civitatem, intra Volham & Occam fluvios sitam, condidit, nomine *Volodimiriam*, *metropolin* dein regni (addit Petrejus, Volodimirum *regnum divisisse* inter *filios*, proprio Ducatu cuique assignato ante obitum. *Isoslavo* concessisse Novogardiam, *Saslavo* Polotzkoviam, *Suetöslavo* Kioviam, *Jaroslavo* Rostoviam. Et postquam Isaslovus atque Boritzius, in pugna quadam interfecti essent, Jaroslavum obtinuisse Novogardiam, Boritzium Rostoviam, Chlebum Muromiam, Sevoldum Volodimiriam, Mestislavum Castromiam, Sudislavum Plescoviam, Potzvitzum Tueriam.) Mortuo autem Volodomiro, diffidentes inter se filii ejus, varie de regno præsumentes, decertabant. Suetopolkus, qui principatum Chiovensem vi occupaverat, constituerat forte sicarios, qui fratres suos Boritzium & Chlebum interficerent (addit Petrejus: quum Sevoldus, cui Volodimiria obtigit, optimus

And: Akerman Sculpsit.

SIK·
ΠSBEΨ
KΨE INλ
ЄλΛNλΛMλh
ΓλNϘNSÏNÏZΥIS·
INSλKKλNGλhλZΓϘN
ϘλЄλЄINλ· SΥЄΨλnhui
TΥKIMGλhSЄIλϘNIM
KΨIΨÏNλλΓλSTλn
GλhΨnKλKλKNλ
IINNShλnhIλλ
λΓλλЄIΨIS:
λhλλhMGλM
λhTЄISΨϘSΥλNK
ΨλNϘNSINÏZΥIS· λΨΨλnЄIS
ΥЄSЄINλnNλhINλλΓ· SΥЄ
ΨλnhuIΨλZΥISΨλTЄIλKΨλI
SλNλλhMGЄSnTIZϘΥλIKΨIΨ
–INλλΓλSTλnϘS ΨλnΨnS:
ÏNλhGλINλhMλMЄλλλNλhλK





Imperio deinceps præfuit SUETOPOLKUS, ſed, ob ſangvinis effundendi cupiditatem, qua magnopere exarſit, a fratre JAROSLAVO, Novogardiam tenente, ad Kioviam, ſuppetias huic ferentibus 30000. VAREGIS aliisque cohortibus, bello opprimitur, quo & fugam capeſſere cogitur. Ille vero, adjutore Rege Poloniæ Boleſlavo, iſthanc ita vindicavit cladem, ut penitus tandem ſuccumberet Jaroſlavus, VAREGORUMQUE iterum efflagitare opem neceſſe haberet. Munitus ta-

haberetur fratrum, præ ceteris imperium obtinuit, Kioviamque ejecto fratre Suetopolko expugnavit. Hujus autem valde pigebat Suetopolkum, quare ſuppetias ferentibus quibusdam fratrum ejus, copias contraxit, cruentumque Sevoldo fratri intulit bellum, quo Kioviam, in fugam conjecto fratre, occupavit, quin & par reliquum Borem & Chlebum, qui cum illo fecerant, occidit). *Volodomirus*, cognomento *Monomachus*, Sevoldi filius, univerſam deinde Ruſſiam rurſus in Monarchiam redegit, mortuus tandem a. 6633. (Petrejus a. Chr. 1146.) nec poſt eum filii ejus neque nepotes, quicquam poſteritate dignum, usque ad tempora Georgii & Baſilii, geſſerunt, quos *Bati* rex *Tartarorum* vicit. Quorum *imperium* Petrejus duraſſe refert ultra 260. annos, remque adeo publicam Ruſſorum immaniter concuſſam perturbatamque, cum Herberſteino aſſerit.

men præſidio Novogardenſium Jaroſlavus, Suetopolkum facile ſuperavit, & imperio potitus a. 1019. filium ſuſcepit ULADIMIRUM. Poſtmodum ut ab aliis, ita & Meſtiſlavo armis laceſſitus, licet Varegorum auxilio niteretur, in fugam tamen ſe conjicere cogebatur, ſocio quodam primariæ dignationis VAREGO AKUNO ſ. JAKUNO. Tandem a. 1026. in diviſionem imperii conſentiens, ſibi Ruſſiam occidentalem retinuit, Meſtiſlavo orientalem, Boryſthenem juxta conceſſit, poſtea Zudis bellum inferens. Mortuo vero Meſtiſlavo a. 1036. monarcha evaſit totius Ruſſiæ, moxque filium Uladimirum Novogardiæ præfecit. Eo etiam tempore factam a Petſchenegis invaſionem, Varegorum æque ac ſuorum opera facile repulit, itidem efficiens, ut CHRISTIANORUM RELIGIO fixas tunc per univerſum ejus regnum ageret radices, CODICIBUS GRÆCIS variæ doctrinæ in linguam Slavonicam ſimul translatis. A. 1042. arma in JAMAM ſ. Ingriam movit, ſequente vero CONSTANTINOPOLIN usque. A. 1054. Jaroſlavus deceſ-

ceſſit. Reliqua, ut ad IMPERIUM usque TARTARORUM, quod in Ruſſos obtinuerunt, juſto accuratiore, quam iſtorum temporum ruditas admiſit, chronologia in annales redacta, huc transferre, nec vacat, nec propoſito noſtro conveniens eſt.

* * * * * *
* * *

ENimvero his primis, qui gente Varegica oriundi, Ruſſorum Principibus, eorumque geſtis, ingenue recenſitis, neceſſe eſt, ut ea producantur αξιομνημονευτα, quæ ex HISTORIIS SCANDO-GOTHICIS παραλληλως conſideranda fuerint. Imprimis HISTORIA de ODDO JACULATORE percenſenda venit, ceu quæ primam nobis in Varegicos Principes inquirendi OCCASIONEM auſpicato ſubminiſtravit. Perhibet nimirum illa, ODDUM natum fuiſſe in INSULA Norrigiæ HRAMSTAD (m) patre GRI-

(m) Quæ ad *Naumdaliæ*, Thrandhemiam & Halogalandiam interjacentis, littora ſita eſt, referente Petro Claudii in deſcript. Norrigiæ p. 91. quam Hiſtoriæ iſtius regni T. 1. præmiſit Torfæus.

GRIMO Hirſutigena, HERSO ſ. ſatrapa, RISICÆ ſ. giganteæ proſapiæ, Gothice RISA-KYN. (n) Quem, dum puer erat, VOLFA quædam ſ. mulier, futurorum ſcientiam publice profeſſa (o) trecentos victurum annos, multas per-

(n) Avo *Ketillo* cognomento *Hængio*, proavo *Hallbiorno* ſemigigante, abavo *Ulfo* generoſo, matre *Loptbæna*, Haraldi Satrapæ filia, ex *Vikia* Norrigica, quæ Bahuſiæ finitima eſt provincia, de qua vid. dicta deſcr. Norr. p. 35. ſq. Heic ſciendum, quod recenſitos hos Oddi *majores* ſingulares exhibeant Hiſtoriæ, quæ Oddi noſtri vitæ præfigentur publicandæ. (o) *Volfam* ſ. *Volam* Tacito *Velledam*, præfixo *Sif*, *Sibyllam*, *Cybelen* denotare, in Introd. p. 119. 171. demonſtravi. Ejusmodi enim mulieres, quæ plerumque *viduæ*, paſſim *vagabundæ*, & ſingulari *veſtitu*, quin & alio *habitu moribusque* inſignes, a Scando-Gothorum gentilibus, *fatis* pandendis adhibitæ fuerunt, *hybernæque* non modo *temperiei*, ſed & *annonæ futuræ* conditioni prædicendæ, ut ex pluribus hiſtoriis, præcipue Oddi noſtri, Hrolfi Krakii & NornaGeſti patet. cfr. Volum. Hiſtor. Num. 5. p. 9. ſq. 123. N. 16. p. 25. & Torfæi Hiſt. Norrig. T. 1. p. 265. & T. 2. p 501. nec non Bartholini Antiqq. Dan. p. 685. ſq. Obſerva B. L. referri ibidem, ejusmodi *vates*, oracula edituras, *ſellæ* inſediſſe *ſublimi*, eosdemque fere adhibuiſſe ritus, quibus *Cimbricæ* apud Strabonem, Geogr. L. 7. p. m. 334. deſcribuntur; totam autem *oraculorum ſcenam*, ad *ſacerdotum* ſ. *vatum fraudes* ac *impoſturas* eſſe referendam, nuper egregie probaſſe celeberrimum Upſal. Profeſſorem *D. P. Ekermannum*, in diſſert. doctiſſima de Principio & fonte Oraculorum p. 9. ſqq.

pervagaturum regiones, quin & præſtantiſſimum evaſurum virum, tandemque in prædio Norrigico BERURIODRE ſ. BERGSRIODRE, h. e. MONTANO novali (p) a VIPERA, ex putreſcente EQUI ſui peramati CAPITE proſerpente, e medio ſublatum iri præſagivit. Matureſcens igitur Oddus, equum hunc ſummovendum curavit, immerſum adeo profundæ foſſæ, tumulo ſuper ingeſto. Populando deinde FINMARKIAM ſ. Lapponiam, cui Rex præerat, nomine GUSE (*) item BIARMALANDIAM, &, quæ hanc, ut infra dicetur, comprehendit, RISALANDIAM ſ. gigantum terram peragravit. Occiſis deinde VIKINGIS ſ. piratis, HALFDANO in ſcopulis Albis Gothici, & SOTO juxta SIDAM Norrigicam, mox in SUEDIAM adque hujus tum regem INGIALDUM ILL-RA-

(p) Vero perquam ſimile eſt, prædium iſtud *Bergs-riodre* vocatum fuiſſe, cum & *montanum locum* tradant fuiſſe Ruſſorum chronica; ſitum autem ejus, hodie *Berlio* dicti, in *Sogndalia* Norrigica prodit Torfæus L. c. p. 264. 274. coll. deſcript. Norrig. p. 56. (*) Vid. Ketilli Hængii hiſt. c. 7.

RADIUM ſ. pravi conſilii, gloriam ſuam aucturus, digreſſus eſt. Hinc vero, comitantibus primum popularibus & cognatis GODMUNDO & SIGURDO, totidem deinde REGIS SUEDIÆ AULICIS & REGNI LIMITUM CUSTODIBUS, æmulis ejus initio, mox autem confœderatis, HIALMARO & THORDO (q) infeſtis armis ORCADAS, IRLANDIAM & SCOTIAM invaſit. Hinc ad HLESSOEAS Juticas navigans, Jarlum HERGAUTUM (VANDRADUM) opibus ſpoliat. Inde etiam Daniam a VIKINGIS ſ. piratis liberaturus, in SELANDIA duos Jarlos, HOLMGEIRUM & HARDVIGUM, provinciæ iſtius violentos dominos, opprimit. His peractis, SUEDIAM repetit Thordus, Oddus vero in Dania commoratur; convenientes autem vere proximo ad SCA-

(q) Vocantur hi, præter *Land varnar menn* ſ. cuſtodes regni limitanei *frælſis-mænn* h. e. ingenuis nati parentibus, præcipue quod prædiis donati eſſent propriis, a *frælſe* ingenuitatis & libertatis ſtatu, immunitate, item fundis immunibus, quibus oppoſiti ſunt *ſkatte* ſ. tributarii, cfr. celeb. Car. Lundii nott. ad LL. Weſt-Goth. p. 115. *Fri* eſt liber, *friadur* liberatus, *fria* liberare, *frid* pax, *fridur* venuſtus, pulcer, unde & hoc ipſum, non modo pacem & ſecuritatem publicam, ſed & ferias denotat ipſas.

SCANIÆ littora, in IRLANDIAM revertuntur, ubi Oddus regis ibi imperantis filiam ALVORAM, matrimonio ſibi junxit. Inde diſceſſerunt in NORTHUMBRIAM, ubi inito, fide juſſoribus 12. primariis colonis, prœlii conſortio cum piratarum duce SKOLLO, Jarli HROARI filio, Regi JATMUNDO, qui Jarlo iſti præfecturam ademerat, arma inferunt, eo ſucceſſu, ut Jatmundus vitam amitteret, Skollus autem provinciam reciperet paternam. Hinc digreſſi in SIDAM Norrigicam, duos piratarum regulos HARECUM (Ivarum) & HLODVERUM occiderunt, indeque ad SCOPULOS GOTHALBICOS curſum dirigentes, in ſinu TRANUVOGIO, Thordus ab OEGMUNDO quodam EIDTHIOFICIDA perimitur, quo facto Oddus in SUEDIAM lætus rediit, atque LIMITUM ibi peracta CUSTODIA, qua piratarum incurſiones coercebat, inde OEgmundum inquiſiturus abiit.

Pervenit tum in GARDARICIAM, ubi ob fidam itidem, cui impenſe vacabat, LIMITUM CUSTODIAM, tanti factus eſt, ut ſecun- dum

dum a rege (cujus nomen reticetur) dignationis gradum teneret. Sed & hanc brevi reliquit, in GOTHIAM (GOTTLANDIAM) transiens, ubi cum famoſo pirata SÆMUNDO (SÆVIDO) dimicavit, illoque occiſo in SVEDIAM regreſſus quidem eſt, ſed depoſito, quod apud regem geſſerat, CUSTODIS LIMITANEI MUNERE, in ECKEROEAM (r) quo priſtinos ſocios Godmundum & Sigurdum e Norrigia revocaverat, ſeſe contulit. Horum tum ſtipatus opera, in SUDERLANDIAS ſ. auſtrales terras tendit, SAXONIAM adeo, FRISIAM, FLEMMIN-

(r) Dubius hæreo, utrum *inſula* ſit, quæ Norrigiæ tractui Iadro præjacet, de qua deſcriptio *Norrigiæ* apud Torfæum L. c. p. 63. videnda, an vero alia cognominis, quæ parœciam hodie conſtituens, majoris *Alandiæ* latus occidentale claudit, ubi, locuplete teſte Rudbeckio in Atl. T. 3. p. 324. ſqq. etiam alii Scando-Gothi, expeditiones in orientem æque ac occidentem ſuſcepturi, olim conveniebant. Profecto, cum Gothorum pars haud exigua, jam ante Chriſtum orbi natum, in Alandiæ iſtius borealem parœciam *Getam* exſcenſionem feciſſet, utrisque ejus pagis *Weſt-* & *OEſt Geta* nomina ex ſe reliquiſſe cenſenda eſt, vide Ampl. D. Scarini differt. Aboënſ. de Alandia p. 56. & Ternſtrœmii diſſ. Upſál. de eadem Inſula p. 31. coll. Epiſtola mea gratulatoria ad cl. Digelium de Hyſabya itidem Upſalæ disſerentem.

MINGALANDIAM (s) FRANCIAM, AQUITANIAM & GALLICIAM infeſtans, usque in SICILIAM penetravit, ubi Chriſtianis ſacris imbutus, ſacro fonte lavatur. Nec tamen ibi diutine moratus, inſulas GRÆCIÆ longe lateque diripiendo vexavit, non ſine nominis ſui maxima fama. Tandem HIEROSOLYMAM (t) attingens, aquis fluvii JORDANIS ſe abluit, indeque per maritima SYRIÆ reverſus, ex una in aliam, & quidem per loca plerumque ſylveſtria & inculta, ſolus oberravit regionem, donec in GALLICIAM perveniret. Ubi exortum inter regis cujusdam filios de imperio paterno diſſenſum, VILHIALMUM puta & KNUTUM (HEROLFUM & HROARUM) ita compoſuit, ut Vilhialmo mox in prælio quodam cæſo, Knuto imperium acquiſiverit. His ita geſtis

do-

(s) De *Vallandia* ſ. *Vallia*, ut non Italia, ſed *Vallonia* ſ. Gallia Belgica vel Normannia, in tract. de Armillis p. 22. ſq. egi. (t) Ad hæc tempora referendam puto eorum memoriam *Heroum* & *Amazonum*, qui ex Scando-Gothia profecti, in monimentis noſtris lapideis *Hieroſolymam* petiviſſe perhibentur, de quibus in Examine meo runico c. 4. coll. Peringſkœldii nott. ad. vit. Theod. p. 495. ſq. coll. p. 402. ſq.

mum tendens, mari trajecit in NORLANDIAS (u) appulsaque ad RISALANDIAM, regionem silvestrem, navi, in potestatem regis gigantum HILLDI incidit. Sed mox amorem filiæ HILLDIGERDÆ consecutus, patri, ab æmulis duobus ejus fratribus, imperium vindicavit, quin & ex dicta Hilldigerda filium procreavit, VIGNERUM. Excepit hoc iter navigatio ad insulam VAROEAM (x) ut & abitus inde per loca terrestria & salebrosa, usque dum pugilem maxime strenuum ROEDGRANUM (y) obvium haberet, una cum aliis parilis fortitudinis, GARDO e Dania & SIRNERO e Gothia advectis. Cum his, ut inter pares & coalumnos suevit, jus

(u) Scandinaviam intellige, cujus borealem maxime partem *Gotunheimiam*, ista occupavit *Risalandia*, ut infra pluribus dicetur. (x) Est & hæc parva insula majori *Alandiæ* ab oriente adjacens descriptaque in prædictis, quæ de Alandia habitæ sunt, dissertationibus, pagina puta prioris 40. & 48. posterioris vero p. 27. ubi eadem haud inepte a *custodum excubiis*, tam olim quam hodie ibi habitis, denominata censetur. (y) Nomen istud a *rubra barba* derivatur; est enim Goth. *gran* barba, mystax, qua, ut admodum prolixa, non modo *Hrosbarsgranius* s. Odinus in Gothrici hist. p. 34. sq. sic ab equinis pilis dictus, sed & OEg-

jus arctissimæ societatis sancivit, qui & mox ipsi narrarunt, OEGMUNDUM EDTHIOFICIDAM, adversus quem antea infeliciter, circa Gothalbin pugnaverat, esse Regis Biarmalandiæ (z) HAREKI filium, qui in Fennmarkia artibus corruptus magicis, postea Edthiofum occidit, quod Biarmico imperio patrem privasset. Hinc Oddus altera vice in Angliam, moxque interfecta, quæ ibi in ejus perniciem commorabatur, matre OEgmundi, in Daniam perrexit, SAXONIAM dein & FRANCIAM atque FLANDRIAM hostili aggrediens manu. Postmodum

mundus noster, qui alibi in hist. de Oddo c. 48. *Rœdgranius* audit, gaudebant. De ejusmodi Hyperboreorum Regum & heroum barba, Rudbeckius prolixe in Atl. T. 3. p. 595. sq. egit. Hinc origo vocis Anglo-Teutonicæ *Grani*, *Granones* in gloss. du Fresnii, adeo ut Hoffmannus in Lexico ad hanc vocem satis apposite dixerit, certum esse, vocatos sic Gothorum capillos &c. (z) Fuit *Biarmalandia* Risalandiæ s. Gotunheimiæ majoris, hoc est Norlandiæ Suediæque frigidæ, de qua ad calcem hujus opellæ plura, amplum satis territorium, *Glæsisvalliam* & *Hunalandiam* interjacens, quod ex historiis de Herrœdo, Hervora, Sturlœgo aliisque in Gotunheimia ostendo. Ut autem Hunni, quod pariter ad finem hujus scripti inculco non modo ex avita sede Vester-Botnia in Gestriciam, perque Oster-Bot-

modum OEgmundum investigare secum constituit, & filio suo tum invento necessitatem injunxit secum navigandi ad SINUM SKUGGIUM juxta deserta HELLULANDIÆ ultra GRÆNLANDIAM; (a) sed amisso repetiti infortunio prœlii carissimo filio, quod cum OEgmundo, hoste propemodum internecino habuit, DANIAM revisit, atque heroibus, quorum amicitia devota supra eum dixi usum fuisse, comitantibus, mare Balthicum versus

niam, Russiam usque fines suos extenderunt olim, sed & ad paludem Mæotidis pars eorum haud exigua commigravit; ita haud mirum, *Biarmios* nostros, post introducti præcipue Christianismi tempora, in mediterranea Russiæ, ubi *Permiæ* nomen ex suo reliquere, coloniam quandam emisisse, quod in descriptione Scandinaviæ latius urgeo. (a) Constituisse hanc *Hellulandiam*, una cum *Grænlandia*, finibusque *Skuggio* & *Ofotano*, nec non *Nordvala*, de quibus in Historiis de Ketillo Hængio & Grimo Hirsutigena, partes quasdam Norrigiæ maxime boreales, breviter in Gotunheimia p. 48. sq. coll. p. 95. asserui, prolixe autem in Descr. Scand. c. 7. ubi & rationes adduxi, quibus credamus, cognomines dictis terris factas esse alias supra *Islandiam* sitas, postquam nimirum Norrigicæ illuc ductæ essent coloniæ: cfr. Torfæi libellum de Grœnlandia ant. addita descriptione Norrig. sæpius laudata p. 32. 48. 63. 91. 97. coll. 400. item charta Helgelandiæ geographica, quam Tractatui suo de Ulysse & Outino præfixit J. Ramus.

sus GEIROEDARGARDIAM (b) emensus est, ubi nimirum OEgmundus matrimonium cum Regis GEIRROEDI filia inierat, filio ex ea procreato SURTO.

Sed & jam infelici cum veteri isto hoste congressus certamine, in GOTHIAM paulisper secessit, donec in HOLMGARDIAM, præcipuam GARDARICIÆ provinciam, abiret. Huic tum temporis præfuit quidam nomine HERROEDERUS, cujus præcipuus amicus & filiæ SILKISIFÆ nutritius vocabatur HAREKUS, heroës autem sive pugiles SIGURDUS & SIOLFUS. Qui per cantilenas, quas Oddo præcinebant, significarunt se prœliis interfuisse, quæ in VINLANDIA (c) victore rege commissa erant; coegisse etiam regium quendam heroa fame tan-

(b) Geirrœdargardiam partem itidem fuisse Gotunheimiæ in prædictis probavi scriptis cfr. histor. de Samsone pulcro, quæ in volumine nostro Historico prostat N. 12. p. 31. sq. nec non Thorsteni urbium roboris, N. ultimo p. 10. sq. 28. coll. Eddæ Mythol. 57. (c) *Vandaliam* isto tempore *Vinlandiæ* appellatione venisse, ex Sturlesonii Historia regg. sept. passim, nec non Oddi Monachi hist. de Olavo Tryggvio, collatis Renhielmii notis, cernere licet.

tantum non interire; fortiter præterea dimicasse juxta MONTES VLFINOS, nec non alibi pari marte adversus GRÆCOS, & quidem in JUIO ATTALICO, divitias, vinctis BERSERKIS, sibi comparasse eximias. Ceterum, quamvis penes regem Herrauderum etiam alii ingenui, iidemque aulici atque throni ejus stipatores fuissent, quibus OTTARO & INGIALLDO nomina; Oddus tamen, propter varia, quibus præ istis eminere se ostendebat, exercitia nobiliora, eam commeruit dignitatem, ut prædictus Harekus regi proponeret, eum dignissimum esse, qui, certo inito pacto, gener ejus fieret. Illud vero in eo constitit, ut tributum a civibus BIALKALANDIÆ, quod solvere diu negaverat Princeps ejus regionis ALFUS, cognomento BIALKUS, ocyus exigeret. In hoc vero negotio, adjuvante etiam, qui filiæ Regis a consiliis fuit, HAKO, tanta usus est fortuna, ut non solum dictum Bialkum, una cum filio VID GRIPO, matreque GYDIA cruento in prœlio interimeret, deleto simul FANO ejusque DELUBRIS I. SACELLIS, quin &

& NUMINIBUS LIGNEIS prorsus combustis (d) præterea tributaria facta Bialkalandia, cui Ottarum & Ingialldum præfectos constituit, sed & post reditum, quem mors regis Herrauderi inopinato præverterat, cum ejus filia, quam conjugem duxit, imperium quoque per totam Gardariciam obtinuit. Multo deinde prælapso tempore, in Holmgardiam, una cum SIRNERO confœderato, natione Gotho, cui etiam

(d) Adferam, quæ huc eximie faciant, nonnulla, ex ipsa Oddi nostri historia, scilicet, postquam Bialki milites, qui prœlio supererant, ad arcem ejus usque, ubi sese illico dedebant, persecutus esset, nefandam *cruentorum sacrorum* curam admirabundus conspexit; reclusis quippe *fani* propinqvi januis, *delubra* etiam aliquot, vel si mavis *sacella* (*baurgar*, de quibus in Introd. p. 25. coll. cogitt. ortho p. 66. sq.) obtutui patuerunt. Quæ dum ille singula exurenda juberet, Gydia Regina eademque sacrorum antistes, carmine extemporaneo quæsivit, quis dirum adeo concitasset facinus? cui ille parili vena, sese *fanum* istud cum *delubris & ligneis numinibus* Vulcano commisisse vindici. Hinc illa denuo: ecquis hominum tantæ demum malitiæ alumnum educasset, ut *Odino* sacra facere nollet, *Freyri* iram sibi ideo certissime concitaturus? Quin &, dum neci sese dandam cerneret, oravit, vellent omnes *Asi*, *Asæ*, *numinaque quævis potentia*, se juvare, vel maxime nefario isto homine invito, qui in orientem advolasset.

etiam 50. naves erant, devectus est, ut cognosceret, quisnam pirata ille QUILLANUS BLESIUS esset, qui ante 6. annos, subita morte decedente priore rege, dominium præ ceteris sibi arrogaverat. Cognito autem illum OEGMUNDUM dici Flokum, regis Harcki e Biarmalandia filium, contra quem sæpe arma minus prospere circumtulisset, iterum cum eo, filio ejus Surturo, ut & regibus minoribus MORO ex MORALANDIA, RADSTAFO, RADFASTO, ODDVALLO, HOLMGEIRO, AFLATALO KNIELO e KÆNUGARDIA aliisque præfectis, KYRIALANDIÆ, puta, REFALANDIÆ, RAFESTALANDIÆ, VIRALANDIÆ, LIFLANDIÆ, KURLANDIÆ, SAMLANDIÆ, ERMALANDIÆ ac POLONIÆ congressus est. Verum, occiso per Surturum Sirnero, & tota fere reliqua Oddi militum cohorte, quod tamen damnum, hic cæso mox Surturo, & omnibus sub Kvillano militantibus regulis egregie ultus est, amicitia inter utrumque ultronea coaluit. Ipse proprium tandem regnum repetens, illud æque ac alias, quas recuperaverat, provincias, imperio diu rexit

rexit tranquillo, progenitis insuper, ex conjuge sua, ASMUNDO & HERRAUDERO.

Sed cum jam ætatis esset admodum provectæ, patrii soli, Hramstadii puta, in Norrigia siti, visitandi adjecit animum, eoque 2. navibus & 120. militibus provectus, cognovit RAGNHILDAM, quam ex Regis Scotiæ filia procreaverat, clarissimo nuptam fuisse viro, nomine HAKO, qui laribus ibi nonnullo tempore fixis, jam tum cum conjuge decesserat, superstite tamen filio VIDKUDERO. Hinc igitur devectus ad Berurioderensem plagam, pristinum locum, quo sese jaculando natandoque exercuerat, oculis usurpare gestiebat; at cernens, antiquam illam villam adeo deletam, ut vix ulla adhuc illius superessent vestigia, non satis mirari potuit, prædixisse VOLFAM, se ibi combustum iri. Cum autem ad naves recederet, illidente ad obstaculum, quod non animadvertebat, pede, paulum nutabat. Quapropter vestigium hasta percutit, ut quodnam esset, intelligeret; vix autem deprehenderat CAPUT EQVINUM esse, & VI-

PERA illico inde prorepens, supra talum calcem ejus momordit, unde totus hic illico cum crure & femore tantopere intumuit, ut ad littus eum duci necesse esset. Letali adeo tabe consumtus Oddus, paulo ante obitum, non solum cantilenam, strophis 71. constantem, tabulis (e) 60. viros incidere, sed & funus, 7. ulnarum, loculo lapideo, quod reliqui 60 viri exciderent, pyræ impositum concremari jussit. (f) Atque sic vir, trecentorum omnino

(e) Præter has strophas, etiam aliæ 27. incisæ *tabulis* traduntur, quas Oddus & heroës Gardaricienses mutuo sibi præcinebant; de hoc autem more in Introd. nostra p. 4. susius egi. Quid? quod ejusmodi cantilenæ fundamenta sæpenumero fuerint, quibus historiarum superstruebatur veritas, ut ibid. p. 79.-85. ostendo. (f) In confirmationem hujus rei sic in Norrigia peractæ, Torfæi relationem, quæ in Hist. Norrig. T. 1. p. 274. habetur, adferendam duco exstat, inquit, in *Sogndalia*, Oddi hujus me-„moria, quem multivagi s. peregrinabundi cognomine ap-„pellant, inque villa *Bertio* educatum præmonitumque, e-„quum *Faxium* sibi quandoque *fatalem* futurum, sed elusu-„rum vaticinium, paludi immersisse, ex cujus capite, sic-„cata palude, post longam annorum seriem, *lacertam* ex-„siliisse, *lethalique morsu* eum infecisse tradunt. Addunt & „hoc, quod in editionibus, quas sequor, duabus non ha-„betur, quod *tumulo* se condi jusserit, ubi campanæ ma-

omnino annorum, ex vita hac emigravit, duobus filiis ASMUNDO & HERRAUDO in imperio paterno succedentibus.

* * * * * * * * *

JAm vero ad seriem traditionum Russicarum, de VAREGIS prius dicam, quam recensitæ jam historiæ de Oddo aliarumque de reliquis Russorum Principibus memorandarum, collatio cum horum traditionibus instituatur. In confesso adeo est, testibus, utpote, qui res eorum priscas descripsere, præcipuis (g) & qui-

„risque sonitus galliciniumque audiri possit, quod minus „probabile videtur, cum campanarum usus in septentrio-„ne, id temporis non invaluerit. Monstratur tumulus ejus „supra rupem in parte prædii proximi Beruriodri, quod „*Immerstein* vocatur, meæque possessionis aliquando fuerat. „Lacus etiam ab equo *Faxatiorn* hodieque conspicuus, quo „forte caput postea conjectum est. (g) Ut Herbersteinius p. 2. prodita ingenue maris Balthici appellatione *Varetskoi more*, ab accolis Varegis, hos ex *Vagria* deducendos conjectat, ita Petrejus noster P. 2. p. 2. seq. & 5. evicta Svio-Gothorum crebra in Russiam, & quidem ad Tanaim usque facta expeditione, suis *Gothis* Varegorum natales vindicat. Reddidit & Printzius a Buchav, in de Moschovitarum ortu & progressu p. 5. Vagricam illorum originem

quidem ipſo collectore Petropolitano (h) Ruſſos eam gentem appellaſſe VAREGOS, quæ TRANS MARE habitaret BALTHICUM, hocque proinde VARETCHOI MORE. (i) In quam ſententiam, forte & alios multo antiquiores ſcriptores, qui, non dicam TEUTONAS, ſed BASILIOS noſtros, Varegico inſigniverint nomine (k) referre poſſem, ſi lucem luci affunde-

dubiam, niveum adeo calculum meritus a Profeſſore Altdorfenſi D. Treuero in diſſert. de Perpetua amicitia Germanicum inter & Rufficum imperium p. 10. Et quamvis ipſe cenſeat, Prætorium in Orb. Goth. L. 2. p. 17. omnium veroſimilime ſtatuiſſe, Varegos a *Boruſſis* eſſe ortos, hanc tamen ſententiam nullis corroborare potuit rationibus, quippe quam, ut priorem de Vagrico noſtrorum ortu, maxime *αλογον*, docte & maſcule profligavit Profeſſor Aboënſis, D. Scarinus de Origg. Varegg. p. 36. & 78. ad finem usque. (h) Pag. 4. 10. (i) Verba Herberſteinii p. 2. hæc ſunt: Ipſi Ruſſi *Mare Balibicum*, & illud quod Pruſſiam, Livoniam, indeque poſt ditionis ſuæ partem a Svetia dividit, *Voretſkoie morie*, h. e. Varegum mare appellant. Petreji L. 2. p. 3. conſona ſunt, additque Ruſſos communiter Varetſkoie more, illam appellare *Maris Balthici partem* (ducta nimirum denominatione a proximo ſinu, ut exteri Scandinaviam a Scania nominarunt) quæ inter Coporiam & Eurepe, ut & Biœrkœam atque Nyenam porrigitur. (k) Enimvero huc non adeo abſonum fuerit referre Ptolemæum, qui *Vargiones* inter Teutonicas gentes

re magnopere juvaret. Quod itaque ad *ετυμον* vocis Varegicæ, prodromum ſcilicet quod præferat natalium Varegicorum ſpectatiſſimum, adtinet, veneror quidem ſententias diverſas, quas incomparabile Ingeniorum Par, Rudbeckius Pater & Filius, protulit. Quorum quippe huic, Ebræa vox ירך, Arab. VARK, h. e. ultimus angulus, mundi puta, perplacet, quaſi qui, Gothice etiam, quod ego addo, URA, VRÅ nuncupatus, Magoticis EXTREMI hujus AQUILONIS FINIBUS, apud Eſajam aliosque ſacros ſcriptores celebratis, admodum competeret (l); ille autem Gothicam LUPI ſ. LATRONIS vocem VARG urget, opinatus ex eadem inſulam Scandinaviæ VAREJAM, ejusque incolas VAREJOS, ceu PIRATAS, percommode fuiſſe denominatos. (m) Sed, ut prior ſen-

ten-

memorat; propius tamen accedere videtur Marius Niger, qui, indicantibus Ortelio & Hoffmanno, in ſuis Lexicis, *Vergionis* nomine extulerit *Baſiliam*, inſulam *Hyperboreorum* noſtrorum veriſſimam. (l In Atl. illuſtr. p. 19. 29. unde & Argonautas p. 31. putat nuncupatos, quaſi *Vargionautas* ſ. navigatores in Varegiam. (m) Vid. Atlant. T. 1. p. 518. ſq. T. 3. p. 184. ſq. 294. ſq. 306. ſq. 337. ſq.

tentia, omnibus, qui Gothicam vocem Gothice explicandam esse censeant, non poterit non longiuscule videri petita, ita quin posteriorem vero propiorem pronuntiaturi sint, nullus quidem ego dubito, qui tamen eandem minime nativam atque communem Varegorum nostrorum appellationem effecisse, vel ideo nego, quod appellatio VARG s. lupi ac latronis s. prædonis, non minus IGNOMINIOSA Scandianis fuerit, quam JOCULARIS, (n) & quidem semper PRÆDONEM TERRESTREM, nunquam autem maritimum denotaverit. (o) Quippe, si quid ipse, crebræ historiarum Gothi-

(n) Opportune hanc rationem adduxit Profess. D. Mollerus in differt. de Varegia p. 22. (o) Testibus enim Eddicis appellationibus, voce *Vargur* bestia quævis denotatur feroxque animal; hinc phrasis: *Vargur i veom*, h. e. lupus in asylo s. violator sacrorum securitatisqve publicæ, vid. Histor. Gretteri ms. c. 48. coll. Torf. Hist. Norrig. T. 1. p. 231. 457. inprimis Verelii Lex. qui & LL. Salicas & Ripuarias Francorum, notanter omnino in hanc rem excitat. Reduci & huc debent verba: *Vargur er komin ejin*, lupus invasit insulam, cum *prædonem* exprimant, qui in insulam, perinde ac solet lupus, prædabundus irruperat. En porro auctorem veterem Islandum, qui *Famale*, s. Voces rariores LL. Islandicarum mss. quas Reg. Antiqq.

Gothicarum lectioni ac interpretationi adsvetus, judicare poterim, erat vox VIKING propria & vulgari sermone recepta appellatio PIRATÆ atque PRÆDONIS CUJUSCUNQVE MARITIMI, qui VIKAR s. sinus PERLUSTRANS quoscunque, navigantibus INSIDIAS struere solebat. A quo studio, licet antiquitus vulgo tantisper, donec heroum filii tirocinia fortitudinis deponerent, tolerato & tantum non pro honesto habito, abhorruerunt tamen ipsi HEROES s. illustriores quicunque ac moratiores bellatores, HERMENN s. HERNADARMENN, HERKONGAR ac HERSHOEFDINGAR, ab HERNAD militia & ex-

Archivum servat, reliquit explicatas: *Vargur er kalladur i gomlu male, sem fridia befur brotid, ok rett takur er, sem sa hinn rette vargur dyrid, Gridvargur, Brennevargur, Mordvargur*, h.e. *Vargur* antiquo appellatus sermone est, qui pacem violavit, legittime captus, ut verus Lupus, securitatis publicæ Vargus, incendinarius Vargus, homicidii Vargus. Hinc & ejusmodi Vargi *exules* habebantur & *extorres*, quibus aqua & igni interdictum. cfr. Godmundi Andreæ Lex. Isl. *Vargdrægur*, filius ab exule genitus; *Varggefinn* male nupta mulier; *Varggymia* Lupa; *Varganidur* bestiarum strepitus, bellum, prælium *Vargamyrdir* lupicida. Alia & plura vide in C. Lundii notis ad LL. Vestro-Goth. p. 116.

expeditio honeſta, (*) qui nimirum non alium in finem maritimas res exercebant, quam ut, HONORIS juxta ac OPUM acquiſitionem, patriam tueri & augere, VIKINGOS autem ejusmodi, Gothice REIFARAR, ILLÞYDI, ILLVIRKIAR & ILLGIORDARMENN h. e. raptores & maleficos, compeſcere, atque, horum præter conſvetudinem, AGRICOLAS & MERCATORES liberos

ros

(*) Vox enim *hernad*, quamvis interdum latius accepta pro *Viking*, proprie tamen *honeſtam militiam*, *expeditionem* ſignificat, cum huic nonniſi *probati*, *exercitati* & *ingenui* adhiberentur. Hinc & Hiorleifo *damno* vertitur in Alfi hiſt. p. 14. ſq. qvod in ſocietatem iſtam recepiſſet *huorn madur*, *er hann feck frialſan ok naudgan*, h. e. quemvis virum *liberum* ſ. ingenuum, & *coactum* ſ. ſervum. Profecto *her* exercitum notat; *heria*, dominari, præliari; *herr* dominus, dux, a rad. *ha*, *har* altus, procerus, celſus, *herri* altior, *hædſtur* altiſſimus, digniſſimus, cujus vocis compoſita vide apud Verel. in Lex. p. 108. ſq. Hinc & Svio-Gothorum *Alsheriar Ting*, cujusmodi vox in Sturleſſ. Hiſt. Regg. ſept. pp. 521. 524. coll. p. 471. ſeq. occurrens, de *conventu* accipienda eſt *civium univerſorum*, eum in finem indicto, ut, non quemadmodum aliis conventibus plerumque, cives pro defendenda modo patria excitarentur; ſed quotquot vellent ac poſſent in exteras terras abirent, ſimul cum victus ac opum acquiſitioni, tum patrii imperii ac finium dilationi operaturi; quod in Promptuario meo probo. His adde *herferd* ſ. *herfaur* expeditio militaris; *herbud* indictio

ros reddere poſſent (p) LEGE pariter HERMANNICA, quamvis ea quoque ad uſum communem, cum utrinque prædis vacarent, Lex

F VIKIN-

bellica; *herraur* teſſera militaris, telum, quod *Thori* ſigno *cruce* (vid diſſert. Aboënſ. P. 2. de Angaris, p. 62. ſq.) ſignatum, ſive etiam ambuſtum, tempore belli, per provincias olim mittebatur. Plura vide apud Verel. L. cit. (p) Conf. de *Regum* & *Jarlorum*, moderatiorum ſane virorum, honeſto belligerandi, non piraticam temere exercendi more, quem ex Vatzdælorum hiſt. ms. c. 1. producit Barthol. in Antiqq. Dan. p. 437. Item Thorſteni Vikingſonii hiſt. p. 115. junctis ad eam notis Renhielmii p. 106. add. Sturlœgi hiſt. p. 6. interprete Lundio L. c. p. 123. Hialmteri & Olveri hiſt. p. 1. 8. ſqq. 15. 27. Hervoræ hiſt. p. 3. 47. 51. 228. 133. Aſmundi Pugilicidæ p. 4. 8. Gothrici p. 214. Sic hiſt. Oddi noſtri c. 13. perhibet, quod mari graſſatus occurrentes quæſiverit navigatores, ubinam *Vikingi* inveniendi eſſent, quorum *cædes* ei *decori* foret & *laudi*. Illi enim, ut ibid. c. 41. coll. c. 15. item in hiſt. Gothrici p. c. narratur, totis non modo æſtatibus, ſed & paſſim hyemibus maria ſinusque percurrere prædabundi ſolebant. In hiſt. Thorgeiri Havardſonii ms. c. 22. legitur, quod quocunque ille navigaret, *piratas*, *raptores* & *maleficos* infeſtaverit, pacem autem ac ſecuritatem *ruſticis*, *mercatoribus* & *pacificis* reddiderit. Vide gemina prorſus in hiſt. Halfdani Eiſtenſſonii, quæ in Volum. hiſt. N. 11. p. 2. habetur; Egilli & Aſmundi p. 16. Illugi Grydæ alumni p. 4. coll. indice ad Sturleſſonii Hiſt. regum, ſub voce *Siæræfvare* & *Siæræfveri*. Item in hiſtoriis ms. Vatzdæla c. 7. Haraldique Hringbanii c. 1. Floamannor. c. 20. Sigurdi Thoglii c. 1. Sigurdi peditis c. 1.

VIKINGICA, (q) nonnunquam vocaretur, ſocietatem ſuam communientes.

Hinc liquido patere putem, quod ſi piratica ſ. Viking, maxime Scandianorum, quæ ut in oriente & occidente, ita circa noſtra littora, creberrimi erat uſus, (r) nominis origo fuiſſet, oportuerit utique Scandianos, qui alios maris Balthici accolas, iſto adoleſcendi genere antecellebant, potius vocatos fuiſſe VIKINGOS ſ. ASKOMANNOS, ipſi Adamo Bremenſi celebratos, (*) quam Varegos, ſi vel maxime

(q) Vocabatur quidem Lex eorum communiter *Lag*, ſtrictius tamen *Herferdslag* & *Hermannalag*, decernens tam certum corporis *robur*, quam *mores* etiam probos ac *ætatem* provectam, ut ex hiſt. Vatsdæl. c. 1. & Floamann. ms. c. 2. perſpicue cognoſcitur, coll. de horum & Vikingorum lege, hiſt. Alfi ejusque heroum, in Volum. hiſt. N. 7. p. 5. ſq. & Torfæi hiſt. Norrig. T. 1. pp. 186. 270. (r) Vid. Peringſk. nott. ad vit. Theoder. p. 454.-499. & Diſput. Upſal. de Scandianorum rebus maritimis, paſſim, coll. hiſt. Herraudi, Gothrici, Hervoræ aliorumque quampluribus. (*) Is enim non modo in hiſt. eccleſ. p. m. 57 refert Suconum ac Danorum *piratas*, qui Saxonum obtrivere virtutem, *Aſkomannos* a Danis vocatos, ſed & in ſitu Daniæ p. 141. eosdem *Vithingorum*, rectius *Vikingorum*, appellatione apud Scanos inſignitos fuiſſe, hisque raptu piratico multum auri acquiviſſe. cfr. introd. p. 113. 131

xime hi a VARG lupo denominarentur, quam vocem nonniſi illudendi & conviciandi, ut dixi, adeoque rariore multo occurrere ſenſu, deprehendent omnes hiſtoriæ antiquæ conſulti. Et prout, hoc modo, iſtud vocabulum, ſemper prædonem ſ. latronem terreſtrem indicavit, ita, ex mente non neminis (s) non immerito exiſtimetur, VOLKOVIS, qui in oriente, & quidem ad Tanaim, eodem, quo Sclavi tempore verſati ſunt, inde nomen impoſitum eſſe, a Scandianis ſive domeſticis, ſive ibidem terrarum arma circumferentibus. (t) Qvum, non ſolum Ruſſica vox VOLCH & Gothica VARG, alias ULF, OLF, atque Teutonica Wolff, R. in L. ut paſſim amat, mutato, ad unum idemque indicandum uſurpentur, feram nempe ejusmodi rapacem, qua-

(s) Stralenbergii L. c. p. 194. (t) *Scandianos*, ceu *Regios Schythas*, Venedis & Sclavis diutiſſime *imperaſſe*, perplurimis rationibus evicit Rudbeck. T. 3. p. 640. 184. 187. & celeb. Scarinus in diſſ. de Varegg. p. 8. 23. & paſſim, coll. prolegg. meis ad Orthogr. Sv. Goth. p. 147. 151. in quam rem etiam in progreſſu hujus opellæ nonnulla dicenda.

qualis est Lupus, unde novum exsurgit argumentum statuendi, quod Varegorum nomini alia a Wolchovorum derivatio quæri oporteat, cum Russi alioqui uno eodemque utrosque insignivissent; sed & testentur chronica eorum, dictos Wolchovos, cum Sclavis Russorum progenitoribus, perquam animis rebusque DISSEDISSE, hosque proinde coactos loco cedere, & Poloniam tandemque Russiam versus migrare, ubi CHORSARIS mox fere tributum pendere tenebantur, cui tamen conamini Varegi nostri, Russorum adoptitii Principes ac propugnatores restiterunt, sibi ad consensum & pactum cum Sclavis eadem stipendia deberi contendentes. His ita explicatis, verosimilimum judico τῶν Varegorum ἐτύμων a Scando-Gothico BARDA, BERIA, VARDA, VÆRIA, cædere, percutere, defendere (u)

qua-

(u) Est, utique, vox *barda*, *berja* antiquior, ut in cogitt. de Orthogr. p. 44. 51. ostendi; *bara*, *bera* portare, *bar*, *barr* portavit, *bara* feretrum, *bard*, *bord* ala, axilla, margo, mensa, *baren*, *bardur* percussus, *bardi* rostrum navis, scutum, *barefle* fustis oblongus, *baratta* pugna, *bardage* pugna condicta. Hinc mutato B. in V. *varda*, *veria*, ut su-

quasi dicas BARDARE, BERIARE, VÆRIARE, VÆRINGAR, composite LAND-VARNAR-MENN, (de qua voce mox) h. e. CÆSORES, BELLATORES, DEFENSORES, REGIONUM CUSTODES, a quibus, ut fere, nisi quando ipsi Reges in militiam abirent, HIRDMANNI s. GUARDINGI, GARDINGI & DRAGFANTES, diversi fuere (x); ita vel maxime odiosi illi VARGI, latrones, nil cum iis

F 3 com-

pra, custodire, defendere, *verjast* pugno defendere, *verja* arma, *var* cautus, *vare* cautio, admonitio. Item *varda* attendere, servare, *varde*, *vârd*, *vâle* strues lapidea vel lignea quæque eminentior, index viæ, statua Mercurii, alias *Bate*, *bæte*, *bite*, *vite*, de quibus Verelius in Lex. & ego in cogitationibus Orthogr. p. 22. Est & adeo *vare*, *vere*, in plur. *Varer*, *verer*, *varir* viri, virtuosi, mariti, *vera*, *vergiora* uxor, (*Vira* Varronis ævo nymphæ, coll. Festo apud Scaligerum nott. in Orphei hymnos quasi χλωρίδες, δρυάδες.) *Vergiarn* mariti cupida, *verlaus* mariti expers. A *verjer* s. *værjer* est *væriendur*, *væringur*, alias *vardur*, *vordur* custos. Cumque ab *er*, *era*, esse, præposito v profluat *vara*, *varda*, *verda*, debere, tenere, referre, indigere, hinc & *verdur* omnis generis alimenta, epulæ, pensum, debitum, *verdingir* epinicia, *verd* pretium. *Erja* arare, operari Ebr. חרש freq. *erka*, *yrka*, *verka*, unde *yrk* s. *verkmenn* operarii, fabri.

(x) *Hirdmænn*, aulici ab *hird* aula s. custodia corporis regii, de qua Verelius in Lex. *Hirdur* pastor, *birding* bubulcus, *birda* attendere, custodire *birdsla*, custodia, capsula, repositorium; frequ. *birta* castigare, corripere. Verum de

commercii habuere, ſi modo ſoni excipias ſimilitudinem, quæ, ut in aliis multis, ita heic, ad ſenſum inferendum eundem, nullius eſt momenti. Ut enim illud omittam, VARGAR Lupos, Latrones, nunquam tueri, ſed parta RAPERE, derivatur eadem vox a radice ipſis perquam competente ARG, ferus, beſtialis, mordax, unde præfixo v, vel of, ov, deſcendit VARG, OFARG, perferus, &c. (y) nequaquam vero

Hirdmannorum officio, vide ſis jus antiquum Aulicum Norvegicum, a Dolmero illuſtratum & a Reſenio Hafniæ editum, inprimis Dolmeri notas pp. 177. 226. 467. 474. collatis Eddicis regum aliquot & heroum appellationibus. Iidem utique fuere, qui *Guardingi*, voce Italica ab Oſtro-Gothis relicta, etſi vel maxime a *guarda* ſ. antiquiori *varda* cuſtodire, vocati, cfr. Verelii nott. ad Herrœdi hiſt. p. 85. & Lundii ad LL. Weſt-Goth. p. 100. cum nec *Gardingi* alii fuerint, quorum in dictis LL. memoratorum ετυμον a *gard*, aula, villa arceſſenda putatur. Conf. Voſſ. de Vitiis ſerm. p. 217. ubi & V. ſ. W more Gallico ſ. Francico, in Gu. vel G. converti fatetur. add. Cogitt. Orthogr. p. 44. 47. ſq. (y) *Arg* notat ferum, ferocem, pravum, improbum, malum, unde vel præfixo v. quod in aliis ſæpiſſime fit, ut (præter quod antea diximus de *vra*, *yrka*, *vara*, *verka*,) *vondur*, *vandur*, pro *ondur*; *vrak* pro *rak*, de quo infra, ut alia prætercam in Cogitationibus de Orthogr. Sv. Goth. p. 48 producta; vel, ut Islandi volunt, præfixo v. vel of (particula intenſiva, de qua Verel. in Lex.)

vero Varegis noſtris, qui, ut ſupra oſtenſum, & porro ex appellationibus virorum Eddicis (z) pateſcit, VERAR ſ. VÆRINGAR & LAND-VARNAR-

dictoque *arg*, ut quaſi perferum, perferocem, ſtrenue malum denotet, Unde & ipſis Islandis vox *varga dyr*, pro *ofarga dyr*, tritiſſima eſt, ceu qua voce tam lupum quam urſum, aliasque rapaces beſtias exprimunt, vid. Gothrici hiſt. p. 101. & Verelii Lex. ad vocem *oarg*. Ubi addo, quod ad ſimplicem illam *argur*, cui prorſus cognata eſt & illa Iſl. *ær*, *ærin* furioſus, *ærgi* malitia, *erjaſt* in pejus mutari, in eo falli prudentiſſimum alias Verelium, quod putet, Iſlandicam, ut antiquiorem, ſignificationem τȣ *argur*, pro ignavo & timido uſurpatam, poſteriori & contrario apud nos invaluiſſe ſenſu. Quaſi vero noſtra Scando-Gothica, inprimis vulgaris, quæ ſola propemodum vocem *arg* appellationibus beſtiarum & hominum maxime mordacium adhibet, priſtinum adeo migraverit genium, quam opinionem in Cogitationibus meis, pluries citatis, ficulneam eſſe probavi; adhoc ipſa illa beſtia, intimius conſiderata, non æque ignava deprehendatur ac fera, nemini non conſtante, quod *ignavi* plerumque *rapto* vivere gaudeant. Videas itaque, quod & ipſe Verelius non modo Iſlandicas voces *argafas* ſ. *ærgafas*, *argſkapadur* & *argliofur* in eundem quo ego ſenſum referat, quibus addatur neceſſe eſt *argvitur* inverecundus, impudens, ſed & ex LL. Longobardorum, (quos idem ipſe, ut ego in prolegg. ad cogitatt. meas Orthogr. pro Scandicæ originis gente habuit) dictæ voci, eundem tribuat ſignificatum, ne quidem Anglo-Saxonibus inuſitatum. (z) Verba ita jacent: *Verar heita land-varnar-menn*, h. e. *Veri* (Væringi) vocantur milites regionum præſidiarii. *Verar* ſ. *verjar* pro *verjendir*, ut ſupra litt. U. p.

NAR-MENN h. e. regionum custodes, vel, ut in Oddi nostri historia, phrasi describuntur vernacula, SEM VARDI LOND, sive HOFDU LANDVORN FYRIR RIKIT, h. e. qui custodiebant regiones, sive excubias pro regno agebant (a) Quid, quod nomen istud eorum VÆRINGAR, a quo etiam hodie nonnullæ Svio-Gothorum TERRÆ LIMITANEÆ perspicue satis appellatæ deprehenduntur (*) expressis cernamus litteris exa-

Cfr. Sturless. Hist. regg. p. 18. carm. 6. A *vera* defendere, unde & *Romverier*, s. *Romversker*, *Vikverier*, *Þydverskir*, qui Romam, Vikiam & Teutoniam inhabitant, defendunt. vid Norna Gesti hist. p. 18. Sturless. Hist. Regg. p. 5. 317. (a) Passim ista phrasis in Oddi historia, præcipue c. 33. occurrit, ceu & in aliis historiis, quas supra ad calcem litt. P. citavi, coll. Ol. Tryggvii hist. apud Sturless. T. 1. p. p. 216. (*) Præter parœcias Oster-Gothiæ, Vester-Gothiæ & Hallandiæ, *Værna*, *Væringe* (de qua in Tract. de Armillis p. 44. 51.) & *Væræ*, memoratu omnino dignæ sunt binæ & amplæ satis regiones, quarum una provinciam constituit integram, *Vermelandia* nempe s. *Verimannalandia*, ut hoc nominis reddidit Godmundus Olavi in Indice Poët. ad Sturlessonium, eo quod ejus provinciæ incolæ Norrigiorum, ut vicinorum & sæpius hostium, insultus cohibere tenerentur. Unde non modo eorum, qui occidentalia lacus Væneri pariter incolebant, contermini *Vaarii* s. *Værii* & *Værdyngii*, de quibus Sturless. T. 2. p. 215. sed & *Væringen* fluvio Nericiæ, quæ ab oriente Vermelandiam respicit, idem

exaratum, non modo in gemina de Vilkinis & Volsungis historia, quæ res tractat seculo 7. & 8. a Gothis exteris egregie gestas, verum & in quamplurimis historiis de Scando-Gothicis, immo Islandicis heroibus, qui gratissima non minus quam gloriosissima apud Cæsares Constantinopolitanos meruere stipendia. (n) Hinc nec ista Varegorum nostrorum appella-

G tio

contigit *ετυμον*. Altera *Vernslandia* s. *Verendia*, Smalandiæ territorium est, cujus, ut & *Vegsiœæ* memoriam Historiæ Islandorum apud Torfæum in Hist. Norrig. T. 2. p. 459. servant. Plures qui scire avet sive parœcias, sive loca celebria huc referenda, consulat *D. Erici Tuneldii*, Judicis Aulici spectatissimi, Introductionem in Geogr. Sv. Goth. coll. Ind. in *Var-Vær-Ver-* (n) *Væringorum* mentio habetur in Historr. Vilkinorum p. 56. 244. 249. Volsungorum p. 43. sq. Hialmari, quæ runico perscripta charactere, fol. 4. p. 2. item fol. 5. p. 2. ubi, ceu & fol. sq. *Leinir* s. *Lendirmenn* & *Væringar* conjunguntur. In Historiis vero aliis, ut de Haraldo Hardradio apud Sturless. T. 2. p. 57-74. coll. p. 395-399. & in mss. de Torsteno Dromundio c. 1. 2. 3. 9. Laxdæliis c. 83. Liotvetlingis c. 52. Thorsteno curioso c. 3. Niali c. 79. Harilldo Hringicida c. 3. Knitlingis c. 62. coll. Hrafnkeli Boni hist. c. 5. 17. qui tempore Haralldi Pulcricomi vixit, multa leguntur observanda, de eximia, quam Væringis nostris Cæsares CPtani, præ aliis habuerunt, *gratia*; de *prætura* item eorum, *moribus* & *officiis*; præterea de instituto ab eis, ante-

tio inaudita, quin ſatis trita fuit aliis gentibus, GRÆCIS puta, apud quos, ut dixi, perinde ac in patria, ejusmodi heroës, præcipuum terra marique præſidium ſæpiſſime fuere. Fidem dictis faciunt Byzantinæ maxime hiſtoriæ Auctores nominatiſſimi, qui eos non ſolum GRIFFONES *μαχηροφορυς* & *δορυφορυς*, SATELLITES puta, Gothico redditos idiomate MÆKIRS-FOERANDE GRIPAR ſ. GREPPAR (o) ſed & omnium accommodatiſſime *βα-*

quam hinc in orientem abirent, *Vapnaþing ſ. conventu armorum luſtrali.* (o) Eorum mentionem faciunt, tam Matth. Pariſienſis ad a. Chr. 1180. verbis: cepit caſtellum inter Calabriam & Meſſanam, quod monaſterium *Griffonum* appellatur, ubi *Gryffones* inſultum facientes &c. cfr. du Fresnii Hiſt. Gallo Byzant. quam Paul. Rhamnuſius in de Bello CPtano, dicens: inter *macherophoros* (quod ſatellitium *Griffonum* vulgo Græcis nominatum, ex Danis & Anglis, *antiquo* Græcorum Cæſarum *more* conſcriptum, in ſtationibus erat) ab urbis porta pedibus, ad vicinum Blachernium palatium deducuntur, legati, ſcilicet, aditu ad Imperatorem, per præconem petito. Alioqui eos *σωματοφυλακας* & *Scutarios* vocatos fuiſſe in introd. p. 207 probatum dedi. Quod vero Dani tantum & Angli heic nominentur, id non eo extendendum eſt, ut Scando-Gothi atque Islandi excludantur, quorum quippe Væringos in aula Conſtantinopolitana ſæpiſſime laudari

βαραγγυς ſ. ευαραγγυς, (p) & quidem ex inſula noſtra THULE, per litteras evocatos (q) nuncupare ſolent & narrare; quales præterea etiam eos fuiſſe, qui BERSERKI vocati, ex Celtis ſ. Gallis & Germanis noſtris, ſæpe numero a Romanis in militiam ſeligebantur, abibi (r) oſtendo.

nuper probavimus, dudumque alii adſtruxere, vid. Torfæi Hiſt. Norrig. T. 3. p. 256. coll. pp. 16. 269. 271. nec non Bartholini antiqq. Dan. p. 90. præcipue Ampliſſ. Scarini diſſ. de Origg. Varegg. p. 48. Certe de noſtris Hyperboreis *Gryphis*, Græcorum vetuſtiſſimi non ſiluerunt, probante in Atl. Rudbeckio paſſim, coll. Introd. noſtra pp. 111. 113. 12 . 163. atque laud. Scarini diſſert. p. 34. Vocati fuere illi alias *Greppar*, quam vocem Eddicæ Virorum appelationes, non modo *Skaldis*, quorum plerique *heroes* ac *ſatellites* fuere, vid *Introd.* p. 39. 81. ſed & quibuscunque *virtute* ac *honore* præditis *viris* competere teſtantur.

(p) De *Barangis* Cedrenus, Glycas, Curopalates & Cantacuzenus agunt. (q) Teſte Anna Comnena, cujus, cum proxime dictis, verba adferunt Ortelius & Hoffmannus l. citatis.

(r) Erant *Berſerki* furore paſſim immani correpti heroës ſ. pugiles, eodem, quod mireris, modo deſcripti a Romanis ſcriptoribus, ſub nomine *militum Gallorum*, quo a noſtris, de quibus in Introd. p. 211. ſeq. coll. D. Erici Ramelii, Conſulis Arbogenſis ſpectatiſſimi, diſſertatione de iisdem Upſalæ habita. Hinc *Scythas* in *Romanas legio-*

Et vero, quis vel tantillum dubitet, quin hujusmodi Scandianorum celebritatem efferendo, veritati usquequaque litaverimus? modo ad illam ſincere conferat Taciti teſtimonium, dicentis, SVIONUM CIVITATES, IN IPSO MARI, PRÆTER ARMA ET VIROS, CLASSIBUS VALUISSE. Unde nimirum, ceu & ex domeſticis noſtris hiſtoricis (s) luce clarius ipſa conſtare poterit, jamdiu ante Romani iſtius Scriptoris ætatem Svionum imperium, tam per oceanum occidentalem, quam mare, ut cum eodem loquar, Svevicum latiſſime patuiſſe. Et de proprio vocabuli Varegici ſenſu tantum. Non tamen prorſus negabimus, Scandianos aliquando IMPROPRIA, ab hoſtibus & inimicis aliis, MUTUATA & paulum CORRUPTA VOCE Va-

nes relatos teſtatur Niceph. Greg. p. m. 17. coll. Camdeni Britannia p. m. 64.

(s) Vid. Rudb. Atl. T. 1. & 3. de Svevis, Verelii notas ad Gothrici & Hervoræ hiſtorias, Renhielmii ad Thorſteni Vikingſ. hiſt. inprimis Peringſk. nott. ad vit. Theoder. p. 406 ſqq. 454. ſqq. coll. diſput. Upſ. de rebus Svio-Goth. maritimis, mea denique Introductione paſſim.

Varegos, quaſi prædones (t) nominari potuiſſe. Ea vero quam fovet rerum Ruſſicarum Collector opinio, contendens eos ſic nuncupatos a Norrmannica voce VAREK ſ. VRAK, h. e. ejectamento maris, omnium minime congrua videtur. Quamvis enim VRAK, Gothicum omnino ſit, ſignificat tamen quidquid tam terra quam mari pro relicto, abjecto & circumvagante habetur, unde & Gothicum REKEL, REKING, ſ. VREKEL, VREKING; illud itaque ad Varegos, quos & Poëtice diceres RECKAR (u) h. e. viros militares, præſtantes, robuſtos, gen-

tem

(t) Non dubitandum, puto, quin vicini, Scandianorum quamplurimas tenuerint voces, maxime cum Lucianus teſtetur *linguam Gothicam per totam invaluiſſe Scythiam.* vid. Introd. p. 115. (u) Goth. *ræka*, *vræka*, pellere, hinc *reckar*, *ræckar* Skalldis noſtris vocabantur viri cujuscunque virtutis, & nobiles indole, præcipue militares, adeoque animoſi, heroici, qui ulciſcuntur, cfr. Godm. Andr. Lex. Isl. Græci vocarunt *ρηγας*, reſpectu nimirum *των βασιλεων*, quaſi regulos, a *reka* regere, urgere; Gr. *ρηγνυω*, emitto, rumpo, vehementer ferio; *ρηκτης* effractor. Vide an *ρακος* laceram notans veſtem, hominem nihili, *ρακοομαι* laceror, huc pertineat.

tem utpote, inter ipſos Ruſſos aliosque quamplurimos maxime inclutam, ſtrenuam & fortem, adplicari minime poſſe, quivis ingenio aliquali ac judicio pollens fateatur neceſſe eſt.

* * *

SEd his miſſis, ad tres illos Ruſſorum principes, quos ex Varegorum genere ſe nactos gloriantur, inveſtigandos operam noſtram conferemus; qua quidem tanto facilius defungemur, quanto clarius jam ex ſuperioribus conſtitit, eadem Principem Ruſſorum Olegum fata in multis manſiſſe ac preſſiſſe, qua noſtrum Oddum. Equidem nonnihil præmonere juvabit, Mavortia Oddi & ejus ſociorum, tam Svedicorum quam Norrigiorum, arma, PRÆLUDIUM quaſi fuiſſe ſecutæ EXPEDITIONIS NORRMANNORUM, e Scandia in Saxoniam, Friſiam, Aquitaniam & Norrmanniam, immo in Siciliam & Palæſtinam, in quam rem conferri poterint ſcriptores

ptores rerum ejusmodi Norrmannicarum. Neque adeo multis exaggeranda eadem de Normannis narratio Meſſenii (x) concernens regem quendam Svediæ Anundum, Re-

(x) Quæ in Scondiæ Illuſtr. T. 1. p. 65. (ex hiſtorico utique quodam domeſtico, neſcio quo, niſi quod Adamus Brem. in hiſt. eccleſ. p. 20. 21. 25. 28. ſqq. non nihil huc referendum tradat) ita habetur: „*Anundus* Sveonum „rex, promeritas ſuæ (in Chriſtianos) tyrannidis pœnas „mox perſolvit, regno pulſus, & Olavus Tretelga, ut „reor, in ipſum ex Vermelandia revocatur. Verum A„nundus piratarum ex Scondia erumpentium factus ante„ſignanus, transmarinas diu afflixit regiones, & hoc an„no (840.) cum *Etelvulpho*, Veſt Saxonum regulo, nava„li conflixit prælio, victoriam reportans. A. 844. Scon„dii armis *Britanniam*, pro lubitu flagellarunt. A. 845. „*Roricus* alter Scondianorum ductor 600. navium claſſe „in *Albi* congreſſus, *Ludovico* Germaniæ regi, victus ab„ceſſit. Victor tamen Scondiis formidans amplius con„gredi, donis placat furentes. A. 846. Scondii *Friſiam* „& *Flandriam* horrenda premunt clade; immo *Scotos* armis „ſubactos, ad pendendos ſibi annuos cenſus compule„runt, ac citeriorem *Galliæ* ditionem graviter afflixerunt, „prædandi opportunitatem nacti, ex diſcordia nimium „pernicioſa filiorum Ludovici. A. 848. Scondiotæ por„ro, prænobile *Burdegalenſium* emporium a Judæis prodi„tum, occupant diripiuntque, interea Scotis jugum ipſo„rum excutientibus. A. 850. in *Freſia Bataviaque* Scondii „graſſantur & *Andegavum* violenter occupatum diripiunt.

recum aliosque Scandianos, qui a. 840 & ſequentibus, easdem afflixerunt regiones, quas Oddus noſter. Illud quippe, proxime oſtendam, quomodo, ſuperius ex Oddi hiſtoria traducta principum quorundam memoria, conſentiat cum illa Ruſſorum, quam de ſuis magnopere extollunt.

Etenim quod primo AURICHUM ſ. RURECUM, quem natione Vargeum fatentur, ad-

„A. 852. Scondii claſſe 250. navium in *Freſiam* denuo perlati, crudeliter ipſam deprædantur. Unde cum turmatim & certatim iverint noſtrates, hoc ævo in oras transmarinas, nobilium dulcedine manubiarum ineſcati, domi perpauca regum geſta ſcriptoribus reliquerunt perſcribenda. A. 853. Scondii famoſiſſimas *Galliæ* civitates, *Nannetum*, *Thuronium*, *Andegavum & Burdegalam* fœde afflixerunt; ſed mox inteſtina confuſi diſcordia, in mutua ruunt præcipites vulnera cædesque, cum interitu Rorici principis, & univerſæ propemodum nobilitatis. Indeque rerum nactus habenas *Hadingus*, diu mundum crudeliſſime obvagatur.„ Plura deinde Meſſenius Norrmannorum in prædictis terris, percenſet facta, inque his *Regneri* (Ragnari Lodbrokii) *Roberti*, *Ranulphi*, tandemque famoſi illius *Rolphonis* (cognomento pedeſtris) filii Ragvaldi Jarli ex Norvegia, in *Anglia* & *Gallia* ſ. hujus parte *Normannia*, qui eo terrarum abire coactus eſt, ut ab Haraldo Pulcricomo, ob rapinas proſcriptus, quod latius perſequitur Torf. in Hiſt. Norrig. T.2.p.44. ſq.

adtinet, reſpectu habito ad Principes, qui in Oddi habentur hiſtoria, συγχρονους, haud vana conjectura aſſequi nobis videmur, nomen illud enatum eſſe ex Scandico HER-RAUDERUS, quod &, ſua dialecto, Germani, ut poſtmodum videbimus, HERNITUS extulerunt, quamvis non diffitear nomen ROEREK, nonnullis proprium fuiſſe Scandianis (y). Deinde eodem prævio ſynchroniſmo, ſatis adparet QUILLANUM cum SINANO ſ. SINAO unum eſſe eundemque, usque adeo ut nec a veritate alienum videatur, ſtrenuos illos VÆRINGOS, quibus Rurechus vel Herrauderus, ob merita eorum maxima, urbes ſive regiones donavit POLTOK ſ. Balldaciam, ROSTOVIAM ſ. Rafeſtalandiam atque BIALEOZORO ſ. Bialkalandiam, e numero fuiſſe ſeptem regum minorum, quorum mentio fit in Od-

 di

(y) Ut & ſupra, & nuper ex Meſſenio memoratum eſt, porroque confirmari poterit ex Fragmento Hiſtoriæ vernaculæ de Bello Bravicenſi, ubi Regis Daniæ *Rærici* Slængeringii injicitur memoria, quippe qui ſeculo 7 matrimonio junctus fuerit cuidam Oedæ, quæ deinde marito orbata, Regi Holmgardiæ Radbiarto nupſit.

di noſtri hiſtoria, RADSTAFNI puta & BIALKII. Præterea videtur vox illa POLTOK parum divergere a Gothico virorum nomine Palnatoke (z), niſi aliud BALDUINI, regionis iſtius ſibi vidicaverit ἐπωνυμίαν, quippe quod Regis cujusdam Holmgardiæ Remigii filio, de quo infra, competiit; prorſus quemadmodum prædictos RADFASTUM & BIALKIUM Ruſſicarum quarundam regionum ἐπωνύμους adſeruimus, ſed quarum ad calcem hujus opellæ pluribus forte memores erimus.

De eo interim nemini, vel minimum ſuboriri poterit dubium, quin per OLEGUM intellexerint Ruſſi, generum Herraudi ODDUM ſ. ODDERUM, quaſi ODLEGUM dicerent, modo utriusque expeditiones, ad imperandum abalienatis regionibus tributum feliciter ſuſceptæ, ut fere eædem conſiderentur, &, quod præcipuum eſt, fatalis ille non modo equus,

(z) Qui ut Jomsvicenſium, famigetatiſſimorum piratarum, Dux, a Sturleſonio in hiſt. Regg. Sept. T. 1. p. 243, nec non, in ſingulari, quam de iisdem piratis habemus, Hiſtoria, ab Islandis olim concinnata, heroicis omnino extollitur laudibus.

equus, ſed & morſus viperinus, qua omnes circumſtantias coincidens, ne quidem tumulo in BERGSRIODRE excepto, quod Ruſſi, retenta montis memoria, ipſi SCHESKOVIL vocarunt; monimentum denique in perennem demortui memoriam erectum, pariter commemorantes. Hinc nec a vero abludit, eos, per par illud ex Varegia nobilium & popularium Rurechi, SKOLLDUM & DIRUM, alias ASCHOLD & IDIR (*) dictos, qui principatum Kioviæ obtinuerunt, ſtrenuos illos Herraudi heroas SIOLFUM & SIGURDERUM, cui poſteriori nomini priorem demſere ſyllabam, exprimere voluiſſe; vel etiam, eodem poſteriore Idiro indicaſſe OTTARUM, priore itidem abjecta ſyllaba, unum ex præſtantiſſimis Regis iſtius viris. Et ut hi ipſi Siolfus & Sigurderus, vel etiam Ottarus, in cantilenis ſuis narraverint, ſe duro ſub Marte in GRÆCIA militaſſe, ita & Ingialldus, throni regii ſtipator ſecundus, alter-

(*) Ut habet exemplar Stralenbergii L. c. p. 272. citatum.

terque Dirus, in Chronicis Russorum, eos inter referuntur, qui, tanquam legati, ad imperatorem orientis abiverint, consensu quidem magno, qua personas locumque, nullo autem qua ipsum negotium. Proinde & illud observatione est dignissimum, quod, quamvis Oddus s. Odlegus, neque in nostra de ipso conscripta historia, neque apud scriptores Græcos, fatente id ipsum rerum Russicarum Collectore, Constantinopolin oppugnasse, vel ad pacem confirmandam quosdam ablegasse dicatur, unde historiam nostri Oddi, traditionibus Russorum longe majorem mereri fidem haud obscure patescit; præter IDOLA tamen, queis cultum exhibuere Russi, & omnia SCANDICA fuisse, dicta historia apertissime evincit, singuli etiam eorum in superioribus enumerati LEGATI, utut alieno sub imperio viventes, NOMINIBUS nonnisi Scandianæ genti propriis occurrunt; ut KARL (𝔡) INGIALD, EIGILL, FARLIDT, WERMUN-

MUN-

(𝔡) Videtur sententiæ nostræ aliquid roboris accedere ex titulo *Karli*, quo, ex tenore instrumenti pacis, hos

MUNDR s. ROMUNDR, ROLFR s. ROLOF, GOETE s. GAUTE, ROALD s. KOGVALD, KARE, FRIALAF, ROKE s. ROAR, AKE s. AKATYR, TRUASTUS s. TRAUSTUR, BILLDUR, FASTE vel LIDFAST & STEFNIR. Quin & porro, qui eodem instituto, ad voluntatem Igori & filiorum ejus Vigfasti & Svithulphi s. Svipdagi, Constantinopolin petivere: VALDEMAR, SKIGBIOERN, ULLE sive OLAFER, THURODDR,

FASTR,

ceu & sequentes insignitos fuisse, contendit editor, vocemque hanc ex Sturlessonio, qui ipsi ad manus fuit, edoctus, non prorsus inepte, cum Gothica *Jarlar* congruentem interpretatur; si modo aliud insuper in promptu esset argumeutum, evincens tot ibi simul & semel congredi potuisse Jarlos; atque si alius ms. codex, ut ipse indicat editor p. 409. non innueret legendum *Karlo*, tanquam Scandicum utique nomen primi legati, quod idem editor e priori exclusum esse fatetur instrumento. Nos tamen existimamus, quod, etsi ex historia Oddi constet, eum duos Jarlos, ex instituto Scandianorum, Bialkalandiæ præfecisse, dictum puta Ingialdum & Ottarum, legatio tot tantorumque optimatum, sacerdotum & mercatorum, quot instrumenta ista a Collectore edita, continent, inusitata tamen eo tempore fuerit, adeoque, ut ex historiis Scandicis mox recensendis patebit, diversorum maxime temporum, diversas personas ex obscura & confusa majorum traditione, chronicorum ille compilator collegerit.

FASTR, GRIMUR, HACON, JATVIG, GUNNAR, HALFDAN ſ. HALVAR, TORBIOERN, ODIN, ADDULF, UTIR, MANE, VOLE, TURSTEN, SVENN, BRYNIALD, GUNASTER, USTIN, INGBLLD, ROALLD &c. Quorum plerique, ope hiſtoriarum Scando-Gothicarum, quas mox recenſebimus, ad ſua facile reducuntur tempora, idque vel ſummis auctoris Chronici Rusſici ingratiis, qui eos omnes, ex jejuna, mutila & obſcura majorum *αγϱαμματων* traditione coacervatos, præpoſtero nimis & audaci conſilio in ſcenam ſocialem prodire juſſit.

Reſtim itaque heic primus ducat, tertius licet ita dictus, Ruſſorum Princeps TRUVORUS, idem ſine dubio, qui in hiſtoria Egilli & Asmundi (a) HERTRYGGUS non ſolum, ſed paſſim etiam TRYGGVUS vocatur, celebris nimirum RUSSIÆ h. e. Riſalandiæ (b) rex, quæ inter HUNALANDIAM & GARDARICAM ſita fuit. Regni cuſtodes ei fuere

(a) Quam in ms. multo completiorem & integriorem illa habemus, quam Salanus Upſalæ edidit 1693; recenſet vero noſtrum exemplar Torfæus in Hiſt. Norrig. T. 1. p. 307. ſeqq. (b) Minoris ſcilicet, quod infra probo.

re RAGNVALDUS ſ. ROGVALLDUS, & poſt eum EGILLUS & ASMUNDUS, amicitia devota mutuo juncti, uterque regis gener factus, poſtquam conjuges ſuas a Regis Gotunheimiæ Auſkraderi filiis Hilldo & Gauto raptas, magnis exantlatis periculis, recuperaſſent. Prior Beckhildæ maritus, & regis Smolandiæ O-Gothicæ Ringi filius, Rusſiam ſocero mortuo occupavit; poſterior, cui Brynhillda nupta, OTTARI Jarli Halogalandenſis in Norrigia fuit filius. Hic Aſmundus, cui ſoror Aſa, intima familiaritate uſus eſt affinis ſui GARANI (filii Rodiani regis Serklandiæ ſ Sircaſſiæ (c) Tartaricæ, cui fratres fuere bini

(c) Primum me fuiſſe, qui in Prodromo Geogr. Scand. ant. p. ult. Serklandiæ nomine Scando-Gothos Sircaſſiam appellaviſſe, in Exam. Runico fuſe probavi, oſtendens ſimul *geminæ Serklandiæ* in hiſtoriis noſtris fieri mentionem, unius Tartaricæ, alterius Africanæ; præcipue Saracenos ex Tartarica illa omnium primo erupiſſe in Arabiam, porro Africam, tandemque Hiſpaniam &c. Neque mirum tanta noſtris Scandianis commercia olim fuiſſe cum Tartaris aliisque Eois gentibus, ut infra etiam paſſim memorabitur, cum his plerumque imperaverint, ipſeque Torfæus L. 1. p. 315. ejusmodi commerciorum fidem egregie vin-

bini (d) Harekus & Siggerus) qui fratrem habuit Herrœdum, alia quidem matre, filia nempe Regis Hunalandiæ ſuſceptum, proindeque hujus regni hæredem. Idem Aſmundus Regionem paternam Halogalandiam, una cum Smalandia obtinuit, abdicante jus ſuum Egillo, qui tum ſocero admodum ſene e vivis ſublato, Gardariciæ regno dum ſene e vivis ſublato, Gardariciæ regno ſe contentum malebat, ex uxore ſua Brynhilda filium ARMODUM progignens, cujus conjux appellata eſt Odnya, filia regis Svediæ ſeu potius Scaniæ (e) HAKI HAMUNDI filii

dicet, dicens: hæc, de Egilli & Asmundi rebus geſtis locutus, duxi prodenda, ut conſtaret, remotas etiam provincias unius ejusdemque Principis dominio paruiſſe, ſimul ut fœdera, amicitias & affinitates remotiorum gentium, Ruſſorum, Tartarorumque cum Danis, Svecis & Norvegis indicarem. Memorat & idem p. 249. Ketillum quemdam Kregdam, qui Veſter-Gothiæ & ſeptentrionalis Ruſſiæ Rex fuerit, cfr. de cetero Salani nott. ad Egilli hiſt. p. 130 ſeq. noſtraque Prolegg. ad Volum. hiſt. p. 22, ubi de commerciis Indorum cum noſtris diximus. (d) Hi Berſerki, quidem fuerunt furioſi, ſed frequenti piratica, regi magnas comparantes divitias. (e) Vocatur is in edito exemplari *Suediæ*, in mſo autem *Daniæ* Rex; utrumque recte, ſi *Scaniam* intelligas, cujus, utpote apud ejus temporis ſcriptores dominium, alterno

filii. Illo autem, qui inſignis proſapiæ auctor fertur, a STARKADO juniore ſceleſte ſublato, Aſmundus jam viduus, alteram conjugem duxit, SOLDANI regis Serklandiæ filiam. (f) In reditu autem ad Hleſſœas Juticas, navi ſua, tantæ magnitudinis ut inter MARE GRÆCUM ſulcantes (g) æqualem non haberet, GNODE dicta, a qua & ipſe Aſmundus Gnodius cognominabatur, naufragium paſſus una cum comitibus ſingulis interiit.

I Me-

Marte dicti ſibi reges vindicarunt, cfr. quæ infra de Suido ex hiſt. Illugi Grydæ alumno dicemus. Obſervandum heic, memorari in origg. Norr. p. 9. Hamundum & Hakum filios Romundi Berſerki, coll. Torfæi hiſt Norrig. T. 1. p. 173. ſeq. & p. 257. nec non Peringſk. Tab. 4. ad Vilkin. hiſtoriam; uti & ex hiſt. Nornageſti, quæ in Volum. noſtro hiſt. N. 16. exſtat, p. 17. colligi Hamundum illum ſ. Armodum a Starkado nefarie occiſum fuiſſe. (f) *Soldani* ſeu *Sultani* vocabulum unum, certe, idemque eſt, & licet vel maxime a ſcriptore noſtro, ceu recentioris ætatis, id ipſum per πρόληψιν adhibeatur, jam tamen tempore Baſilii Porphyrogennetæ uſurpatum evicerunt alii. vid. du Freſnii Gloſſ. & diſſ. 16 ad Joinvillam. (g) Non mirandum, *Græci maris* heic fieri mentionem, quippe quod Scando-Gothi diu ante hæc tempora ſuis Dromonibus ſulcavere, ut in introd. noſtra p. 143. probavimus.

Memorat tamen Hromundi Gripi filii hiſtoria (h) Almundo alterum fuiſſe filium OLAFUM, qui Gardariciæ imperio potitus, LIMITANEIS CUSTODIBUS uſus fuerit KARO & ARNULFO, præter heroas ſimul ac fratres, numero novem, omnes ab auctore chronici Ruſſici Oddi f. Olegi legatis Conſtantinopolin miſſis immixtos, parentibusque natos GRIPO BONDIO f. cive divite, & GUNLOEDA, filia HROKI nigri; nimirum HROLFUM, HAKONEM, GAUTUM, ANGANTYRUM, TRAUSTIUM, LOGUM, HROMUNDUM, HELGUM, HROKUM, nec non binos alios, BYLDUM & VOLUM, improbos quidem & vafros, magni tamen ob perardua aliquot facinora a rege ipſo habitos. Cum his navigavit ad ſcopulos ULFINOS (i) ubi prope inſulam obvium ſibi habuit RONGVIDUM Berſerkum, qui armis Olafi

(h) Videmus hanc hiſtoriam a Torfæo in Hiſtoria Norrig. non eſſe recenſitam, forte quod ejus copia defuerit; edidimus tamen eam in Volum. hiſt N. 8. coll. prolegg. p. 25. ubi nonnihil ad eam commentati ſumus. (i) vid.

Olafi impetitus Karum & Arnulfum occidit, occiſus viciſſim & ipſe clava Hromundi, ſuperſtite ſolum ex omnibus ſuis piratis HELGO Vegeto. Hinc Olafus Hebudas petiit, & inde, viam monſtrante ruſtico quodam, VALLANDIAM, ubi milites ſuos TUMULUM quendam ingentem, in memoriam Regis THRAINI, qui provinciæ iſti olim præfuerat, congeſtum circumfodere juſſit; unde Hromundus res nonnullas pretioſiſſimas expilavit, utpote ARMILLAM, MONILE & GLADIUM, qui MISTILTEIN nuncupari meruit. Rediit deinde domum Olafus, interjecto autem nonnullo tempore, duo Reges Svediæ, vel potius Norrigiæ, cognomines HADDINGI (k) Holmgardiam advecti ſunt, comite ſupra nominato Helgo vegeto; hi Olafum ad prælium ſecum committendum in glacie lacus

 VE-

deſcript. Norrig. apud Torf L. c. p. 61. coll. Ani hiſtoria in Volum. dicto N. 15. p. 11. (k) Dixi de his in cit. prolegg. p, 26. addoque jam belli contigiſſe viciſſitudinibus, ut Norrigii quandoque Vermalandiam invadentes, imperium, licet breve, Venerum usque lacum obtinuerint, quod de Haralldo pulcri como perhibetur in hiſt.

VENERI (l) evocarunt. Ille paratus, comitantibus ſororibus ſuis Dagnya & Suanhvita, aliisque heroibus, obvium illis ſeſe ſtitit, tanto quidem ſucceſſu, ut eorum mox alter vulneratus ſit. Interfecto autem Billdo pugnamque detrectante Volo, non ſolum exercitus Olafi, per artes magicas Sagæ cujusdam, quæ mater Helgi perhibetur, turbatus fuit aliquantisper, ſed & octo deinceps fratres, ferro Helgi omnes perierunt, qui tamen ipſe duello congrediens cum Hromundo vitam amiſit. Huic deinde negotium faceſſivit obtrectator idem ac hoſtis clandeſtinus Volus, qui enſem ejus egregium, perforata glacie, verſus fundum dejecit, ſimul tamen ab illo demerſus & vita privatus. Poſt accerrimam hanc pugnam, Olaſus in regnum ſuum transiit, nec tamen diu moratus antequam Haddingum iterum invaderet, eumque opera

Hro-

Eiglæ c. 10. (l) Hujusmodi prœlium etiam ibi tempore R. Svediæ Adili commiſſum memorat Sturleſſ. T. 1. p. 39. *Provocibant* autem Reges ſe invicem ad *fines regnorum*, ut in Gotunheimia p. 56. oſtendo, coll. Hervaræ hiſt. p. 175. & Norna Geſti in Volum. hiſt. p. 15, Edda Mythol. 55. coll.

Hromundi occideret. Idem hic Hromundus, ſororem poſtmodum ejus Svanhuitam uxorem obtinuit, ex qua filios filiasque procreavit, quibus regum aliquot & heroum familiæ illuſtres originem debuere diu celebrem.

Supra nominati Aſmundi Gnodii, in Tartariam, ſine dubio, noviſſime tranſeuntis, ſocius traditur fuiſſe ILLUGUS Grydæ alumnus (m) cujus pater, vel potius frater, (n) SVIDUS, cognomento perſtrenuus, prædio-

lum

Torfæi hiſt. Norrig. T. 1. p. 453 add. p. 448. (m) Edita eſt ejus hiſtoria Upſalæ, ſed mendis quamplurimis; ſervatur tamen integra in antiqq. Archivo. Fuiſſe autem Illugum itineris Aſmundiani in Tartariam noviſſimi ſocium, patet tam ex ſilentio de eo in hiſtoria Aſmundi, ubi res hujus geſtæ maxime memorantur, quam ex eo, quod ad calcem propriæ hiſtoriolæ referatur, & præda tantum in Orcadibus Scotiaque facta, & in Gandvico Norrigico, gravi quodam exantlato periculo, devota tandem amicitia junctus fuiſſe Aſmundo, poſtquam Hilldam duxiſſet, filiam Erici reguli Norrigiæ, qui in oriente pugnando occubuit, & Signyæ, cujus pater Alus rex Alfhemiæ ſ. Albiæ Gothicæ. (n) Ut in dicti archivi quodam codice mſ., & quidem rectius: ob plura edita facinora, proindeque in Illugi familia præcipue memoran-

lum inhabitavit, sedi rgis Scaniæ RINGI (o) vicinum; cujus etiam mentio habetur, non modo in historia Herrœdi (p) sed & maximè in Halfdani Oestensonii historia. (q) Hujus enim pater, Regulus in Norrigia celebris, Odino oriundus, depopulatione facta per ASIAM OCCIDENTALEM, GRÆCIAM, BLALANDIAM (r) & MORLANDIAM (s) in Holmgardiam pervenit, cui HERGEIRUS, tum senex, præfuit, conjuge gaudens ISGERDA, in Gothia nata, sorore quippe Regis ibidem SIGMUNDI, herois excellentis, filia autem Ingegerda, cui nutritius SKULUS, Jarlus Alfborgensis,

dus. (o) In msf. provincialis Scaniæ in Dania regulus vocatur (*Fylkis Kongur yfer Skaney i Danmork*) cum eo tempore penes Ivari Vidfadmii progeniem, ibidem & in Svio-Gothia, summa esset imperii. cfr. Herraudi hist. l. c. & Peringsk. Geneal. RR. Sv. Goth p. 29. seqq. (p) Edit. Upsal. p. 67. ubi Suidus ille, filius dicitur Bosi in Oster-Gothia nati, & in Biarmia procreatus ex concubina, filia Hofketilli. (q) Prostat & hæc hist. in Volum. hist. N. 11. coll. Torf. hist N. p. 295. sqq. (r) Vocatur *Blalandia* hæc alias *Bulgaria* Russica & *Bodku*, s. *Blaucku-mannalandia* in hist. Egilli Asmundi que msf. p. 31. ut & in hist. Vilhialmi Siodii c. 6. coll. Salani nott. p. 134. & Torf. p. 308. (s) Quæ alioquin dicta *Murum*, ut infra patebit.

sis, quem cognatum agnoscebat HERBIOERNUS, dominum vero KOLUS acerbus. OEstenus Hergeirum, ut hostem agressus, prœlio mox commisso occidit. Ille tum regno potitus ovat, sedem occupans Aldeijuborgum, superataque cohorte Skuli, ULFKELUM Snillingium signiferum, Aldeijuborgi constituit gubernatorem, ipse paulo post Skuli trucidatus astu.

Tum vero filius ejus Halfdanus Regem Sigmundum e Gothia invitat exoratque ut toto, quo ipse abesse vellet, tempore, in se defendendi regni curam susciperet. Hic itaque adveniens, Ulfkelum, qui interea heredem se imperii istius venditabat, ad Krakanesium promontorium, maritima feliciter superatum pugna, in Norrigiam recedere coëgit. Ibi tamen collecto classiariorum furioso agmine, primum mare pergrassatur occidentale, deinde DESERTA GRÆNLANDIÆ HELLULANDICA, SVEDIAM FRIGIDAM (t) s. KYRIALANDIAM, HUNDINGALANDIAM & BIAR-

(t) *Svediæ Frigidæ* appellatione, Alpinas maxime & boreales

BIARMALANDIAM furioso vexat Marte. Ast ad Biarmalandiæ promontorium KLIFNÆS appulsus, irruentem offendit Halfdanum, qui comite Suido perstrenuo, nuper ex Halogalandia Norrigica advecto, suppetias præcipue ferente personato Skulo, eum fortiter depexuit, non tamen sine vulnere, quod retulit ipse propemodum letale. Postmodum Ulfkelus cum Rege Biarmalandiæ HAREKO, quem sibi generum exoraverat, orientem versus, ad KYRIALORUM fines, juxta Svediam frigidam, classem dirigit, Skulum ultrici prostraturus dextera, utpote qui castellum ibidem locorum tenebat; sed eos tanta fortitudine non solum Skulus, sed & opportune subveniens Halfdanus, exceperunt, ut scelestum

quas diximus regiones, universim venisse, in Geograph. Scandiæ prolixe, breviter autem in notis ad Epitomen historiæ de Bodvaro Biarkio, p. 128. 133. quæ subnexa est Historiæ de Hrolfo Krakio in Volum. histor. N. 4. a me ostensum est, ubi & in notis ad Halfdani nostri historiam, p. 34. & 36. de supradictis istis regionibus, ut & itinere Halfdani in Biarmalandiam & Kyrialandiæ fines, non nihil dixi, de iisdem & confinibus etiam ad finem

stum illud par, post diuturnum licet conflictum, penitus interiret. Halfdanus tum in Biarmalandiam provectus, a civibus submissa admittitur fide, in amicorum numerum recipiens filium Hareki GRUNDUM, qui apud BIARKMARUM ejus terræ Jarlum educabatur, natusq erat RAGNARO, cui pater AGNARUS, rex Gestriciæ. Inde autem ablata filia Hareki ELINA (ODNYA) in Gardariciam revertit, cujus tum imperium Skulo concessit, Sigmundo, Elinæ mox marito Biarmalandiam, Svidio Kyrialorum fines, qui tamen postea a VALO dicti Ragnari fratre occiditur (u) ipse autem (Halfdanus) in Norrigiam, qua sola se contentum voluit, recessit, ætate ad longam senectutem producta.

In recensita Halfdani Oestenssonii historia, HREGGUIDUS Skuli Jarli filius fuisse fertur

hujus opellæ aliquid allaturus. (u) Piratarum dux Valus, Ragnari frater, natus Agnaro *Gestriciæ* regnorumque omnium, qui montem *Kiolum* (Norrigiam a Svedia separantem, cfr. notam ad Bodvari Biarkii hist. p. 13. juncto indice ad Sturlessonii hist. RR. Sept. voce Kiöl, & Torf. hist. Norrig. T. 2. p. 28.) ab ortu respiciunt, rege; matre

tur, qui adeo in Hiſtoria Hrolfi peditis (x) Rex celebratur Holmgardariciæ, ſ. Gardariciæ. Is adhuc juvenis, omnibus regionibus, quæ fluvio DUINÆ, totum illud regnum perfluenti (y) adjacebant, ſub ſuam poteſtatem redactis, varias poſtmodum orientis gentes debellavit. Earum adeo ditatus theſauris, in Gardariciam receſſit, quieto ſe delectaturus imperio, præſertim cum conſiliario

Hilldigunna, Biarmiæ Regis *Hareki* ſorore, qui mare Dumbicum claſſibus infeſtans, prædis agendis incubuit, *Suidum* finibus Kyrialinis præfectum, improviſum invaſit occiditque. Quæ huc pertineant plura, vide in appendice ad Halfdani hiſt. coll. Torf. L. c. p. 306. ſq. (x) Quæ ms. ſervatur in antiqq. Archivo, interprete Godmundo Olavio, a Torfæo autem non recenſita, qui tamen L. c. T. 1. p. 201. T. 2. p. 44. 80. 89. vere ſtatuit *duos* fuiſſe *Hrolfos* cognomine *pedeſtres*; *priorem* noſtrum, licet ejus patrem Sturlœgum, hujus nominis ſecundum, cum quodam priore (de quo peculiaris exſtat hiſtoria Upſalæ edita, & ab ipſo Torfæo T. 1. p 201. ſqq. recenſita) non ſecus ac alios ejusmodi cognomines invicem confuderit; *poſteriorem* Rognvaldi Jarli in Norrigia filium, qui in *Normanniam* conceſſit, de quo & Sturleſſon. L. c. T. 1. p 99. ſq. coll. p. 221. (y) Addit dicta hiſtoria, hunc fluvium, qui juxta Archangelopolin ſe oxonerat, quartum eſſe eorum, qui in orbe Hyperboreo cenſebantur maximi, ejusque

liario gauderet SIGMUNDO Ullbandio, multarum expeditionum impigerrimo ſtrenuiſſimoque ſocio. Forte vero Rex quidam maritimus, nomine ERICUS, e GESTRICIA oriundus, & per Eoum orbem late graſſatus, comitibus, ſorore GYDA Amazone, heroibusque fortisſimis SORKVO, BRYNJOLFO, THORDO, hujusque confœderato GRIMO ÆGIRIO, magicis innutrito artibus, in Gardariciam pervenit, & Hreggvidum hoſtili agmine invadens, dum Sigurdus a Thordo, Hreggvidus a Grimo occiduntur, toto deinde Gardariciæ regno potitur. Cumque Grimum iſtum, regulum conſtituiſſet provincialem, Sorkverum & Brynjolfum, æſtate qvavis prædando, LIMITES REGNI a PIRATIS defendere juſſit. Accidit autem, ut HROLFUS pedeſtris, STURLOEGO ejus nominis poſteriore, in Ringaricia Norrigiæ provincia natus, peremto in confiniis VERMELANDIÆ latrone ATLO, ſocietateque dein facta cum JOLGEIRO pi-

fontes olim *Ingvarum* quendam multivagum inquiren-

pirata in oſtio GOTHALBIS, CURLANDIAM infeſtavit. Hinc in JUTLANDIAM ad THORGNYUM Jarlum navigans, factusque provinciæ CUSTOS, ſocio Jarli filio STEFNERO, non modo imminentem hoſtem TRYGGVUM, Ulfkeli e SCOTIA filium, una cum VARO, hujus confœderato, neci dedit, ſed & in GARDARICIAM ad acquirendum Jarlo conjugem defuncti Regis Hreggvidi filiam INGIGERDAM mittitur. Tum SVEDIA peragrata & auctus altero comite WILHIALMO Selando, Aldejuborgum navigans, a Rege Erico, iſtius negotii ignaro, amice ſuſceptus eſt, ejusque ſub auſpicio, tum, comite NORDRO, infeſtis armis, ex INSULA HEDINA (z) cui a rege Tar-

dos ſibi ſumſiſſe. (z) In hanc inſulam perveniſſe traditur *Hedinus*, Hiarandi regis Serklandiæ filius, ex *India* in Daniam reverſurus; de qua, poſtmodum ab eo denominata, & ab Erico ſupradicto ante adventum in Gardariciam depopulata, hujus & Tartariæ reges diu decertarint, utrisque eam ſibi eousque vindicare conantibus, donec Tartarico tandem ſubderetur imperio. Videtur itaque eſſe *Tartaria Crimenſis*, in quam etiam tempore Vilhialmi Baſtardi, Jarlum quendam Norrigiæ multis navibus, prænavigata Conſtantinopoli, penetraſſe, ibique ſedem e-

Tartariæ præfectus erat, advectum immanem heroa SOTUM felici occidit manu. Nec multo poſt, Vilhialmo regis ſoror conjux data, aſt Rolfus cum Ingigerda clanculum in Jutlandiam diſceſſit, quæ tamen, Thorgnyo mox decedente, innupta manſit. Inde itaque claſſe, militibus SVEDIS, VANDALIS & FRISIIS inſtructa, Gardariciam, una cum Stefnero repetens, Ericum regem in prælii provocat aleam, qui illico paratus, cum YMO Jarlo hujusque ex altera conjuge, in ALABORGO, Gotunheimiæ ſ. ejus partis Riſalandiæ caſtello nata, fratre RANDOLFO, nec non BRYNIOLFO & ARNODDO in arenam proceſſit. His autem cæſis, in urbem ſe recepit, collectisque majoribus viribus, quibus præerant GRIMUS, THORDUS, OERNUS, YLFUS, HALLUS, TIORFUS, TIESVUS, LODMUNDUS, HAKUS, LIFOLFUS, STYRUS, BRUSUS, prœlium redintegravit. Sed cum interea Sturlœgus,

legiſſe, in Introd. p. 59. collatis, quæ præmittuntur, emendandis, monui. Sed quæ ſint cetera ad Hedini memoriam pertinentia, diſputavit Torf. in Serie RR. Dan. p. 483.

lœgus, Hrolfi pater, cum altero filio ERICO pugilibusque TORFO, BARDO, GARDO, ATLO, BIRGERO, SOELVO, LODINO, KVESIO advenisset, æquo quidem Marte fere per triduum pugnavit, tum vero, plerisque suorum amissis, ipse tandem occisus est. Et sic Hrolfus ei in Gardariciæ imperio successit, conjugem nactus prædictam Ingegerdam, ex qua plurimos progenuit liberos, quos inter HREGGVIDUS, qui in mare Balticum navigans, nunquam rediit (a). Decessit postremo Hrolfus, multis non modo meritis, sed & annis gravissimus.

Ut ex historia de Albano (b) patet, antea commemorati Grim-Ægerii filius fuit THORERUS Berserkus, eo vivens maxime tem-

(a) Hunc, ut certum Hrolfi filium, memorat ejus historia, ceterorum vero nomina, nonnisi incerta quorundam traditione tangit tantum. Observandum alioquin auctorem dictæ historiæ satis vetustum esse, cum geographiam Jutiæ & Scaniæ delibans, regnantis in Dania Skiolldungicæ tantum familiæ, adeoque & Roskilldæ, non Hafniæ, metropolis mentionem injiciat. (b) Est & hæc historia non dum edita, sed in Antiqq. Archivo latens.

tempore, quo REMIGIUS quidem regno præerat Holmgardiæ, filio gaudens BALDVINO, filia autem ADA, cujus nuptias Rex NEREUS ambivit. Remigius ille duci Patriaborgi VIGVALLDO, cujus cum filia ANNA matrimonium, castello filio tradito, inire cupiebat, bellum indixisse fertur. In quo cum Thorerus heroem Ducis OLAFUM prostrasset, ipseq́ tamen deinceps ab Equite ARNFINNO occisus esset, castellum, sublato RINGAMONE præfecto, expugnavit Remigius, Annamque domum ad arcem Adæ duxit, sed Vigvalldum, Albanum, HERMANNUM, ARNFINNUM & FRANTZIUM in vincula conjectos, securi omnes, excepto Albano & Hermanno, percutere jussit. Fuit & hoc tempore castellum quoddam Gardariciæ aliud quod AKORI nuncupabatur.

Quod jam adtinet ad Herrauderi s. Rurichi, sicque in Chronicis Russicis vocatum, filium IGORUM, ejus quidem bina in monimentis nostris occurrit mentio; una in lapidis

pidis Uplandiæ Haneſtadenſis inſcriptione, quæ prodit IGURI filios in Græcia mortuos fuiſſe, ejusque tum heredem factum Jonem quendam dictæ regionis, ceu & Gardariciæ poſtmodum Regem (c), de quo infra pluribus agendum. Altera ejus mentio in hiſtoria Vilkinorum (d) habetur, ubi tamen IRON vocatur, refertúrque primo Jarlus fuiſſe SMOLENSKOVIÆ, deindeque præfectus RUSSIÆ, natus HERNITO f. HERROEDO Rege RUSSIÆ totiusque fere reliqui ORIENTIS, quin & SEMLANDIÆ atque provinciæ cujusdam in GRÆCIA ſitæ, ſedem adeo ſuam in Holmgardiam

(c) Iſtius lapidis inſcriptionem primus produxit Peringſkiœldius in notis ad vit. Theod. p. 472. ſeq., eamque ego in Epiſt. reſponſ. p. 23. ſq. latius dedi explicatam. (d) Res plurimorum heroum haud ſubleſta, licet mythica, ut vetuſto ævo conſvevit, fide hanc hiſtoriam tradere, alibi oſtendo. Certe, quamvis haud diffitendum ſit, in ea veteres quidem nonnullos reges ac heroes, ut Ermannaricos, Attilas, Theodericos, eorumque res geſtas invicem confundi, in ceteris tamen facile in conſenſum reduci poterit cum hiſtoriis de Volſungis, Norna Geſto & aliis, prælucente imprimis Jordanis hiſtoria Getica; prout & in geographicis uſum præbet haud inficiandum.

diam transferens, ubi a rege VILKINO f. KUILLANO, Ruſſis SINANO, debellatus quidem fuit, ſed tamen opera Oddi f. Olegi, iterum imperio admotus. Frater ei tribuitur VALDEMARUS, Rex itidem Ruſſiæ nec non Poloniæ, idem utique, quem chronica Ruſſorum nepotem tradunt Igori. Additur eum magnas copias contra Regem quendam Hunnorum Attilam, ejus nominis poſteriorem contraxiſſe, ſed a Theoderico, itidem poſteriore rege, Veronenſi (e) occiſum eſſe. Deinde Attilam ſibi Ruſſiam ſubjeciſſe, IRONEM Jarlum Smolenſkoviam ſibi reddere coëgiſſe, eumque poſtea Ruſſiæ præfectum ea lege conſtituiſſe, ut ex regno iſto certam ſibi pecuniæ ſummam quotannis transmitteret. Sed utut de Vilkino,

Theo-

(e) Monuit Peringſkiœldius in nott. ad vit. Theoder. p. 242. ſqq. item in Prologo hiſt. Vilkin. huicque ſubnexa Tabula genealogica ſtirpis Amalicæ, *binos* omnino vixiſſe *Theodericos Veronenſes*; priorem Oſtro-Gothorum in Italia regem ſec. 5., poſteriorem Regem Helvetiæ, Thietmari Samſonii filium, ſec. 8. Hinc & *duos* conſtituendos *Attilas*, priorem in hiſt. Vilkin. memoratum &

Theodorico, Attila & Valdemari posteris, multa confuse tradat auctor historiæ hujus Vilkinorum Teutonicus, fidem tamen meretur haud contemnendam, dum Russicos heroas nostris annalibus sic, ut retuli, liquido respondentes producat. Nos ad HERNITUM revertentes certo putamus, eundem fuisse qui Herraudus, cui Oddus noster opem contra Kuillanum s. Sinanum, Alfumque Bialkium tulit, tandemque gener ejus factus, & in imperio successor, & quidem ætate jam fere consummata, que universim 300. annorum perhibetur (f). Qui proinde brevi tempore Russiæ præfuerit, sicut &, eo mortuo, filii HERRAUDUS & ASMUNDUS, ab Igoro, ut proximo imperii herede, throno forte cedere coacti sunt.

Pute-

Tab. 5. designatum, fuisse filium regis *Frisiæ* Osidi, al. Budli, in Volsungorum hist. nuncupatum. (f) Cujusmodi *ætas*, *giganteo* præsertim *ævo* (qvod & Gothrici historia memorat, vid. Introd. p. 91.), haud insolens fuit, prout non modo ex genealogia Gylfica in Vol. hist. n. 1. constat, sed & ex aliorum senectute summa confectorum exemplis, ut *Odmorum*, *Halfdanorum*, *Godmundorum*, *Aunorum*,

Putemus ergo Oddum nostrum natum fuisse ævo INGUARI excelsi, Svediæ Regis, h. e. juxta communem calculum (g) sec. Chr. 6. medio, quo non modo, si Procopium & Jordanum, ut par est, sequamur (h) SLAVI in Polonicis terris consederunt, sed & idem ille Inguarus, ceu & filius ejus ANUNDUS BRAUTIUS, eosdem, nuper utique in Holmgardiam & Æstoniam sedes suas transferentes, invadebant plectebantque, quod has regiones, ut Scandico imperio subditas, irent acquirendas. (i) Venisse eum, sec. vergente eodem in aulam INGIALLDI ILLRADII s. pravi consilii, vel, si mavis, MONARCHOMACHI,

L 2 quod

Bragorum, *Norna-Gesti &c.* de quibus Torfæus in hist. Norrigic. T. 1. p. 152. 155. 157. 241. 251. 266. 458. T. 2. p. 501. & serie RR. Dan. p. 261. coll. Cogitatt. orthogr. prolegg. p. 10. nec non Novellis Hamburg. litterar. ibidem citatis litt. m. (g) Habetur ille in conspectu Regg. Sv-Goth. genealogico, qui ab illustrissimo Purpurato Senatore & Cancellario, Dno Comite Gustavo Bonde adornatus, prostat in Volum. hist. N. 1. (h) Vide Schurtzfleischii diss. de rebus Sclavicis p. m. 9. (i) Colligitur id ex vita utriusque regis apud Sturless. T. 1. p. 41. seq. quam in rem Peringskiœldii Genealogia RR. Sv-Goth. p. 20.-27. consu-

quod majorum, etiam in orientalibus terris ſedulo dominantium, gloriam aucturus, monarchiam Svio-Gothicam, olim poſt regis AGNARI obitum, ſeculo 2. (quo ille Sarmaticam gentem, Venedos ſ. Fennos, tum quidem inde a mari Albo, juxta interiora ſinus Venedici, Viſtulam usque habitantes(k) ſibi ſubjecerat) inter filios ejus ac nepotes diviſam, nonniſi nefaria in plurimos Sv-Gothorum regulos cæde reſtaurare conatus eſſet.(l) Interfuiſſe eum Bravicæ pugnæ ſec. 8. fere adulto, tandemque poſt multa & perieuloſa in remotioribus terris itinera, in Holmgardiam perveniſſe, ubi, Rurecho & Sinano, h. e. Herraudo & Kuillano, ſine prole maſcula, quod noſtri perinde ac Ruſſici produnt ſcriptores, mortuis, regni gubernaculo admotus, nonnullo permanſit tempore, donec ultimo

lenda, coll. Exam. meo Run., ubi illuſtris hujus viri ſententiam pluribus confirmatam dedi argumentis, probans ſimul *Adalſyſſlam*, in qua Ynguarus occubuit, quæque *Eyſyſla* ſ. Oeſiliæ vicina narratur, tum dictam, quæ hodie *Dagæa* audit. cfr. Sturleſſ. T. c. p. 318. (k) Vid. Ptolemæum L. 3. coll. Speneri Notit. Germ. ant. L. 6. p. 201. (l) Sturleſſ.

mo in Norrigiam tranſiens, ſec. medio 9. decederet (m) Adeoque inter ea tempora, quibus prior quidem Rex Svediæ SIGURDUS HRINGIUS in Kyrialos & Kuenlandos, ceu a Slavis vel oppreſſos, vel eorum ſuggeſtione rebellantes, arma moviſſe refertur (n); poſterior vero ERICUS EMUNDI filius, ne dicam hujus nepotes BIOERNUS & ERICUS Victorioſus, a Thorgnyo, Uplandorum noſtrorum ſummæ auctoriatis Legifero, pariles in ORIENTEM traduntur feciſſe expeditiones, atque, præter alias gentes, TURCAS ſibi ſubjeciſſe, omnes ut tum ab imperio Svio-Gothi-

L 3

T. c. p. 45. 51. coll. Peringſk. L. c. p. 16. (m) Cum in perantiquo membranaceo codice Oddus referatur in aula Regis Ingialldi vixiſſe, merito rejiciendum venit recentius quoddam exemplar, paſſim juſto fabuloſius, quippe a monacho forte quodam adulteratum (cfr. introd. p. 119.) exhibens utpote primo, Ingialldi iſtius loco Lodverum quendam, quo tamen nomine Scando-Gothorum nemo regum appellatus fuit; deinde Oddum, ætatem licet 300. annorum attigiſſe, prœlioque Bravicenſi interfuiſſe adſerat, Iam Haraldo tamen pulcricomo nato, quinquagenarium, & Olavo Haralldi filio baptizato, mortuum fuiſſe fingit. (n) In Norna Geſti hiſt. p. 16. coll. Torfæi

thico avulſos (o) erectis ſimul caſtris aliis-
que

Hiſt. Norrig. T. 1. p. 353. (o) Apud Sturleſſ. T. 1. p. 484. ſq. ubi legifer iſte *grandævus* pariter ac *ſapiens* (cfr. p. 481.) infertur publice, coram Rege Olavo Skœtkongio & corona civium potiorum, pronuntiaſſe, non modo quod avus ſuus cognominis memoria recoluiſſet *Ericum Emundi* filium, Regem Suediæ, in vigore ætatis conſtitutum, æſtivis expeditionibus multas invaſiſſe terras, inque his *Finlandiam*, *Kyrialandiam*, *Aeſtlandiam*, *Kurlandiam & Turciam* (cfr. ms. Verelii in notis ad Herv. hiſt. p. 189. item editionem Sturleſſonii Hafnienſem p. 218. & Viſingsœenſem p. 72.) aliasque *orientis* plagas in ſuam poteſtatem redegiſſe; ſed & quod ipſe probe meminiſſet, quæ *Ericus victorioſus* perpetraverat, glorioſorum facinorum, cujus militiam ſecutus etiam fuiſſet. Idque eum maxime in finem, ut *Olavo Skœtkongio* perſvaderet, iſtas potius avitas provincias recuperandas eſſe, quas etiam p. 465. a *majoribus* ejus nuperque a *Styrbiœrno*, ex fratre nepote, imperio Suedico *reſtitutas* fuiſſe docet, quam *Norrigiam*, inopem, ſterilem & aditu difficilem regionem, nimio ambitu affectandam, cfr. Torf. hiſt. Norrig. T. 3. p. 77. 82. Poſſit & huc referri, quod Adamus Brem. p. m. 146. ſq. coll. ſcholiis antiquis, de Olavi iſtius nepotum *Emundi* & *Erici* expeditionibus in *Quenlandiam* refert. Plura vero in hujus dominationis Svedicæ gloriam argumenta contulit Oernhielmius in hiſt. Eccleſ. cap. 8. toto, Libri 4ti, ubi & obſervat dictas orientis regiones, præcipue *Holmgardiam* & *Æſtoniam*, ſub imperio Svionum tantum non ſemper fuiſſe, quas ut quietiores a ferarum in proximo gentium incurſu tuerentur, in intimo receſſu maris Balthici (ſinus Venedici) conſtitutos opibusque ſuis firmatos habuerunt *fiduciarios*, *regulos*

que egregiarum victoriarum monimentis, quæ dictus Thorgnynus ſua quidem ætate viſenda narravit, adhuc tamen forte ſupereſſe eorum rudera, conjectator quiſpiam haud ut puto, usquequaque abſurde exiſtimabit. (p)

Ita

puta *Væringicos*, ſui ſangvinis & nationis; qvam & ſententiam vide apud dominum Scarinum in diſſert. de origg. Varegg. p. 7. ſqq. & alibi paſſim. coll. noſtris prolegg. ad Cogitatt. orthogr. p. 12. 14, item Introd. p. 151. (p) Enarrat hæc opera dictus Styrbiœrnus apud Sturleſſ. L. c. p. 485. coll. Torf. L. c. p. 77. 81. vocanturque Scando-Gothico ſermone *jardborgir oc aunnur ſtor virki*, ſecundum verba: ex *humo congeſti burgi* ſ. caſtra, & *alia magna monimenta* bellica, ut *caſtella vallaque*, qvæ & *nirkin*, ſolito illuſtribus monimentis vocabulo, nuncupabantur. Vide has voces in Lex. Verelii. Similia, ſane, Stralenbergius in opere ſupra laudato p. 103. memorat, ut in *Permia Ruſſica* hodie viſenda. En verba ejus, ni fallor, adprime huc pertinentia: Ebenfalls ſind an keinem orte im gantzem Ruſſiſchen Reiche faſt mehr rudera von alten *Schantzen* und Feſtungen, als eben in groſs Permia zu finden, dergleichen *Burggarten* von *Erde* auch die erſten Teutſchen gehabt &c. Neque adeo a vero admodum abluderet, *Saxa litterata*, qvæ dictus Stralenbergius L. c. Tabb. 5. & 11. protulit, ad hujusmodi Scandianorum opera referre, modo rite recteque delineata fuiſſent, vid. Introd. p. 135. qvod haud imperiti ſ. proletarii eſſe pictoris munus, fatebuntur omnes, qvibus vetuſta tractare & illu-

Ita quidem non tam probe de Truvori, quam de Rureci ſ. Herraudi, Sinani ſ. Kuillani atque Olegi ſ. Oddi, Varegicorum Regum ac heroum ſerie, noſtris hiſtoriis cum Ruſſicis traditionibus conveniſſe videmus, a ſententia proinde non alieni eorum (q) quibus ſuboluit DUOS ſtatuendos eſſe ODDOS cognomines; priorem qui tempore Regis Svediæ Yngvii, Alreci filii, in Samo Jutica, una cum Thordo & Hialmaro, decem Berſerkos, Arngrimi gigantis filios interfecit. (r) Poſteriorem noſtrum, cujus egregia facinora ſupra recenſuimus, atque innotuere ut alibi, ita vel maxime in prœlio Bravicenſi, ſeculo

ſtrare datum eſt, cfr. Epiſt. reſp. de monimentis quibusdam runicis p.8.9. 11. 12. 20. 21 ſqq. Neque dubitetur, quin *colles* ſepulcrales, qvi ad *Volgam* & *Tanaim* viſuntur, quales & in *Sv. Gothia* videmus innumeros, a veteribus noſtris majoribus erecti fuerint, ideoque non item in remotioribus Ruſſiæ Tartariæque oris hodie deprehendendi, cfr Brenneri notas ad Moijſen Armenum p. 105. coll. p. 89. (q) Torſæum puto, Virum acuti admodum ingenii, qvi L. c. p. 264. eosdem primus ab invicem diſtingvendos indicavit. (r) Cujus facinora, qvæ tantum in dicta Daniæ inſula peregit, hiſtoria Hervoræ com-

culo medio 8. poſteaque in Gardaricia. (s) Quem denique familia Hramſtadenſis in Norrigia, ſibi forte vindicat unicum. (t)

Porro veroſimile videtur, per SVETISLAVUM illum, quem Ruſſi Igori filium appellant, SVIPDAGUM Jarlum intelligendum eſſe, qui in hiſtoria Jonis Thialarii (u)

M filii

prehendit. (s) Ut ipſe Oddus ſuis in cantilenis enarrat (t) Hujus autem omnia geſta Torſæus p. c. & ſqq. priori temere adſcribit, qui in Norrigia haud memoratur natus, nec cujus alia enarranda fuiſſent, quam quæ in proxime dicta occurrunt hiſtoria. Sunt enim perplurima in poſterioris Oddi vita perſcripta, quæ ab illo, ſociis Thordo & Hialmaro *cognominibus* (cujusmodi plures ipſe Torſæus paſſim *confuſos* agnovit) adverſus alios reges & heroas fortiter geſta, ad ſequiora omnino referenda putes tempora, ideoque nec in prioris hiſtoriam relata. Hinc & Torſæus, dum p. 315. ſqq. Ketilli Hængii recenſet hiſtoriam, noſtrum, cui inter bellatores Bravicenſes numerato, triſeclis contigit ætas, in ſchemate familiæ Hramſtandenſis genealogico p: 339. imprudenter ſtatuit natum a. Chr. 771. Nil ipſius ſententiam juvante, quod p. 264. moneat, ejus fratrem Godmundum & amitinum Sigurdum, inter Grimi Hirſutigenæ, aut ſororum ejus filios, in dicto ſchemate, non inveniri; auctores enim, qui vel ignorantia vel neglecto omiſſi, a Torſæo tamen, prævia noſtræ hiſtoriæ mentione, ejusmodi recenſui merito inſerendi fuiſſent. (u) Eſt & hæc inedita, adſerva-

filii ſui memoratus, &, quod natione SVEDUS eſſet (x) patre natus DAGO, a Rusſis quaſi SVIDURLAVUS vocatus eſt; conjuge gaudens ELLINBORGA. Ei forte, ex mari Balthico redeunti, RODBERTUS quidam inſidias ſtruxit, eoque adeo occiſo, Jarlatum ſ. Comitatum obtinuit; aſt & hunc filius Svipdagi Jon Thialarius, ut cædis paternæ ſtrenuus ultor, poſtmodum ſuſtulit, atque imperio ſic potitus, matrimonium iniit cum filia Regis Holmgardiæ primarii, cui & tandem ſucceſſit. Et hoc facto, iter MIKLAGARDIAM ſ. Conſtantinopolin inſtituit, cives deinde ſuos Chriſtianorum religionem amplecti ac venerari jubens, quod & plerisque ſancte colli-

ta tamen in Antiqq. Archivo. (x) Hujus Suipdagi non minus quam patris ejus Dagi nomen, inter Gothica pluries occurrit, usque adeo, ut & ipſa *Suedia* in Langfædgatalio ſ. genealogico Regum Suediæ ſchemate, nec non in Edda, ab Odini cognomine *Svipdagus*, denominata cenſeatur, vid. Verelii nott. ad Gothrici hiſt. p. 10. Profecto cum Ruſſorum ille Svetoſlavus Varegus fuerit, & Suipdagi pater Dagus dicatur, ipſe etiam inter Ruſſicos ejusdem nationis heroas referatur, facili utique conjectura aſſequi licebit. Prioris nomen, inde, ex quo dixi, com-

collibuit. Denique, quemadmodum ex ſuperioribus conſtat, IGORUM & IRONEM non ſolum cognomines, ſed & eosdem fuiſſe, ita perquam ſimile eſt vero, etiam prædictum JONEM eundem fuiſſe cum cognomine IGORI filiorum herede, adeoque quod alibi (y) putavi, cum JONE illo GRÆCIÆ regulo, qui in hiſtoria Finbogi Hrammii (z) luculenter memoratur, & quidem inter alia, quod HAKUM Norrigiæ Jarlum (a) tantopere amaverit, ut cum ille Finbogum (b) in Græciam mitteret ad recuperandas opes, quas olim aulicus ejus BERSE ſecum arripuerat, iſthanc ejus legationem non honori tantum ſibi duxerit, ſed &, quamvis Berſium in propriam recipiſſet aulam, Finbogum tamen donis egregiis mactaverit, FIDEMQUE CHRISTIANAM ut reciperet, ſerio exhortatus ſit. Sed heic recenſendo, ad ductum hiſtoriarum traditionumque Scando-Ruſſicarum, nomina & res

poſitum eſſe. (y) In Epiſtola reſp. p. 25. (z) Exſtat mſ. in Antiqq: Archivo. (a) *Duos* ejusmodi cognomines inculcat Torfæus in hiſt. Norrig. T. 2. p. 123. ſq. unum Haraldi Pulcricomi ſocerum, alterum poſterioris paulo ætatis. (b) *Græ-*

res geſtas Varegicorum Principum ac herorum, abſiſtere oportet.

* * *

VIdeas proinde ex ſuccincta juſtaque Varegorum iſtorum ſerie, CONSENTIRE quodammodo cum hiſtoriis noſtris traditiones Ruſſicas, & quidem paſſim qua NOMINA ipſa, valde autem DISCREPARE, qua TEMPORA & RES eorum GESTAS. Eo præſertim, quod SCANDO-GOTHICÆ HISTORIÆ, plures, quos & initia Slavicæ gentis in Gardaricia ſ. Holmgardia requirunt, commemorent Reges ſ. Principes ac heroas, RUSSICÆ autem traditiones contra plane deficiant, ſeriem iſtorum & generationes, aut neſcientes, aut confundentes, prout etiam ex iis, quæ de Legatis ita dictis Ruſſorum, ſupra (*) producta ſunt, liquere poterit. Quominus autem iſtud magnopere mireris, facit conſenſus omnium hiſtoricorum, de majorum Ruſſicæ gentis, puta Slavorum, conditione ac ſtatu incu-

gia & *Gardaricia* promiſcuam dicta hiſtoria adhibet mentio-

inculto prorſus ac diuturno, quo nullæ ipſis, quemadmodum Sarmaticis gentibus (c) in uſu fuere LITTERÆ, nedum HISTORIÆ ſ. CHRONICA, ante ann. Chr. 1259 (d) quo imperator Græcorum MICHAEL PALÆOLOGUS in BULGARIAM elementa litterarum

miſit,

nem. (*) P. 60. 63. (c) Fennos puta, ſ. Venedos, Lappos, Samojedas, nec non Siberios, Tartaricasque gentes. (d) Teſtantur hoc, ut antiquiores, ita fide digniores, rerum Ruſſicarum indagatores & commentatores, Herberſteinius L. c. p. 2. & Petrejus, L. c p. 1. quorum quippe ille a. m. 6406. hic. a. Chr. 1259. Ruſſos *litteras* accepiſſe tradunt. Errare itaque contendo eos, qui prius id factum jactitant, Bulgaros cum Ruſſis confundentes. Hinc & laud. Scarinus L. c. p. 53. ſq. vere aſſerit, quod, „quemadmodum apud Kiovenſes ante Rorecum principes, „antequam a CPtanis certiores evaderent originum ſuarum, *litteras* plane ignoraverunt (Stralenb. L. c. p. 172.) „ita hiſce quoque, exterorum in conſilium annales vocandi ſint omnino, ſi de rebus penes ſe veteris memoriæ, notitiam qualemcunque habere velint. Profecto „Ruſſos characteribus deſtitutos fuiſſe ad ann. m. usque „6406. aut ſi mavis ann. Chr. circiter 1262. quo Michaël „Palæologus Imper. CPtanus, ſecundum Petrejum aliosque (cfr Diſp. Lundenſ. de Varegia p. 28.) Slavonicas in „Bulgariam litteras mitteret, & ab illo tempore primum, „quæ orali traditione hactenus, quaſi longa manu, a majoribus accepiſſent, in litteras ſemet referre cœpiſſe, ea- „demque cum ſui ævi memorabilibus in poſtera ſecula

miſit, quas Slavonicas vocant; quæ utique adeo familiares, ut illis annales condi potuerint, nonniſi multo interjecto tempore, factæ ſunt. Perquam ideo credibile eſt, Ruſſos antiquiora fere quælibet, origines eorum ac primordia reipublicæ concernentia, monimenta, oblivioni tradidiſſe, ea vero, qvorum memoriam retinere potuiſſent, obſcurata adeo & perturbata ad poſteros, ſcribendi aliquo conatu delectatos, perveniſſe, ut traditionibus ejusmodi, poſt tot ſeculorum decurſum tandem evulgatis, quando cum hiſtoriis vel Byzantinis, vel, quod præcipuum eſt, Scando-Gothicis, & litterarum & auctorum antiqvitate ac fide longe præſtantioribus, non conſentiant, neminem tuto acquieſcere deceat, nedum oporteat. Neque vero aliud litteræ apud Ruſſos exſpectare

„transmiſiſſe, in annalibus ſuis, ſcriptores ipſi non diffitentur. Adeo ut ex illorum chronicis, quantum confeſſæ veritatis ſibi quis polliceri poſſit, in rebus quæ ætatem illam antevertant, vel exinde pronum ſit conjicere. „Stralenbergius L. c. p. 96. defectum hunc hiſtoriæ Ruſſicæ non agnoſcit ſolum, ſed & cauſſas incertitudinis

ctare potuerunt fatum, antequam ipſi jugum excuterent Tartarorum, quod tamen ultra 250. annos duraſſe ſupra indicatum eſt (e), Quocirca haudquaquam fruſtra creditur (f) Ruſſos, præter traditiones, ut dixi, tenues

„plures confert.„ (e) Digna ſunt lectu, verba Petreji noſtri L. 2. p. 17. ſq. prolixiora, quam Herberſteinii L. c. p. 6. Hinc de incertitudine annalium Ruſſicorum ſententia Oernhielmii audienda, quam ex hiſt. ejus Eccleſiaſtica, in diſſertationem ſuam de Origg. Vareg. p. 59. transtulit laud. D. Prof. Scarinus. Redactis enim ad fidem hiſtoriarum Scando-Gothicarum traditionibus Ruſſicis, ſic ipſe cum Oernhielmio pronuntiat: „quamobrem valde *incerta* ſunt, quæ de rebus *ante* excuſſionem *Tartarici jugi*, & expugnationem magnæ Novogardiæ tot ſeculis „poſt, in Ruſſorum annales Moſcici congeſſerunt; quippe qui qvorundam veteris Gardariciæ ſ. Ruſſiæ Principum nomina, longa traditione accepta, in ſuorum Ducum ſeriem retulerunt.„ Addam & ipſe non modo Novogardiam, regni priorem metropolin, a Tartaris expilatam, magnamque Ruſſiæ partem, cum urbibus aliis, ferro flammaque vaſtatam, ſed & Moſchuam, poſteriorem Czarorum ſedem, ſæpius, quin & aliquando prorſus exuſtam fuiſſe, cfr. Herberſt. L. c. p. 6. & Michov. p. 156. (f) Laudatus nimirum Scarinus L. c. p. 68 itidem vere „ſcribit, diſſenſum Ruſſorum de *tempore*, quo *Varegi fratres* „ſuam in Gardaricia dynaſtiam primum fundaverint, fluere partim a *temporis diverſo*, adeoque non ſatis accurate „ſubducto *computo*; partim etiam *ſilentio*, ſeu potius *defe-*

tenues de aboriginibus (g), etiam de Princi-
pibus

„*ctu* hiſtoriæ Moſchoviticæ, cui ſerius & multo poſt „Chriſtianismum, tempore incipienti, iſthæc, quæ an„nis prope qvingentis antea geſta fuerint, & nonniſi „orali traditione ſaltem, ab oblivione conſervata, minus „explorata videri potuerint, & cum illis paria, quæ in „nullius non gentis hiſtoria aboriginum, fabulis involu„ta, occurrere ſolent. Interim cum ex *Scandiæ Chronicis*, „illa, quæ penes ipſos dubia & incerta hactenus fuerunt, „*illuſtrari* & temporibus ſuis ſingula *reſtitui* poſſint, habi„ta ratione *bellorum* & *fœderum*, præcipue vero *affinitatum*, „quæ gentis utriusque reges interceſſerunt, quantum „cum *Svedica hiſtoria* collata *Ruſſica*, illa *luminis* huic præfe„rat, ad inveniendum *tempus*, quo Varegorum in Holm„gardia imperium cœperit, porro inquirendum eſt. Quid, quod notatu adhuc digniora idem laud. Vir p. 61. in hunc modum proferat: fuit *imperium Ruſſorum* Sarmati„ticum, h. e. raro moderatum, & tale, in quo, teſte Flo„ro, pacem cives non intellexere plane; turbidum omni„no & Laconicum h. e. præfecturæ belli ſimilimum. Aſt „cujusmodi illius olim conditio fuerit, retulere Ruſſici „ſcriptores in *ſeriem ducum* ſuorum, ne plane nullum a„pud majores eorum regnum fuiſſe videretur, nomina „non pauca principum, quæ longa *traditione*, partim *ab* „*aliis acceperant*, partim *ſuopte ingenio*, ipſi ſine dubio, *ef*„*finxerant*, cum pro more ſeculi, ad antiquitatem gentis „in tuto collocandam, per ſe priora non ſatisfacerent.„

(g) Enarrat incredibiles certe eorum origines celeb. Schœttgenius in Origg. Ruſſicis; aſt veterum Meſechorum & Roſchorum Slavos eſſe propaginem, uti & Siberios Thubalinorum poſteros, nemo crediderit, qui primas Scythi-

pibus ſuis multa effinxiſſe, ad explendas deperditas, vel ſaltem incertas antiquitates, quo eo major Czaris eorum conciliaretur honor.

Profecto, cum in eo occupatus eſt ipſe rerum Collector Ruſſicarum (h) ut relationes ſuorum conferat cum hiſtoricis Græcis

Cedre-

carum, hasque inſequentes Sarmaticarum, tandemque Slavicarum gentium migrationes accuratiore novit perpendere judicio, ſimulque cogitare recentiores illos hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptores, Ruſſis, in quorum propriam de ſuis initiis & ſedibus confeſſionem infra inquiram, characterem gentis antiquiſſimæ Ρως, in ſacris ſcriptis memoratæ, præpoſtere nimis adſcribere. Sed de his nonnihil in Prolegg. ad Cogitt. orthogr. p. 5. 8. 12. 15. ex profeſſo autem in de Aborigg. Hyperboreorum. Evolve interim diſſertatationem Ampl. G. S. Treueri de amicitia Germanicum inter & Ruſſ. imper. perpetua, p. 44. & videbis quanto mendacio, ex politicis ſolum rationibus orto, Czarus Ivanus Baſilivitzius a. 1556. litteras ad Imperat. Carolum 5 & Ferdinandum perſcripſerit, contendendo Germanos olim Ruſſiam inhabitaſſe, ejusque rei indicia eſſe nomina multorum fluviorum, urbium & monimentorum; quæ tamen ſingula ex Scandianis noſtris Varegis initia ſua duxiſſe cenſenda ſunt longe certiora, cfr. Herberſt. L. c. p. 2. qui ibidem Ruſſos Romanas etiam crepaſſe origines ingenue utique narrat. (h) Pag. 28.

Cedreno (i) & Zonara (k) migrationem Skolldi & Idiri, circa a. 863. & ſq. utrique ſcriptori cognitam fuiſſe adſerit, eo quod expeditionem navalem memorent Roſſorum verſus Conſtantinopolin factam, tempore Michaëlis Temulenti, qua cives quidem perterriti ſint, ſed peculiaris Divina providentia illico Roſſos abire coëgerit. Quin & dum verba Cedreni de legatione horum, antequam diſcederent, ad Conſtantinopolitanos miſſa, qua quippe baptiſmum ſibi ſacrum expetiiſſent, conciliare conatur cum illis, quæ (l) ad ann. 898, annotaverat, Principes nempe quosdam Bulgariæ, aqva Sacra adſperſos, Chriſtianorum doctrinam profeſſos fuiſſe; nec non verſionis Bibliorum in lingvam Slavonicam per Methodium & Conſtantinum illis, adeoque & Ruſſis, factam eſſe copiam. Dum, inquam, hæc conatur cuncta ad Ruſſorum traditiones exigere, non conſiderat, ſingula parum cohærere; primo quum

(i) Hiſt. comp. p. m. 453. edit. Baſil. (k) Annal. T. 3. p. m. 115. ult. (l) P. 128.

quum ſcriptores iſti narrent Byzantini, ROSSOS, GENTEM, ut Cedrenus ait, FERAM & IMMANEM, qui Conſtantinopolin ivere oppugnatum, ex SCYTHIA TAURICA erupiſſe (m), & quidem duce INGORE, Ruſſis IGOR dicto, (n) non vero ſub ſupra memoratorum, vel RURECI ac OLEGI, vel SKOLDI ac IDIRI auſpiciis; deinde, quod ad religionis Chriſtianæ, præcipue litterarum, in Ruſſiam introductionem, adtinet, apud dictos ſcriptores Bulgarorum (o) maxime mentio occurrit, Ruſſorum vero, quod obſerves velim, ut res geſtas rariſſime, ita religionem ab eorum exercitu ſolum receptam memorant. Cumque præterea, ut ſupra ex hiſtoriis Scando-Gothicis evictum dedi, OLEGA, nunquam, ceu traditiones Ruſſorum habent, conjux fuiſſe videatur IGORI, ſed potius alia, quæ, mox memoranda, ſerius

(m) Vide Cedrenum l. c. Collectorem p. 14 ſq. (n) Luitprandus Hiſtoria rerum in Europa geſtarum, edit. Muratorii Mediolanenſ. L. 5. c. 6. de eo ſic habet: hujus (Ruſſicæ) gentis denique Rex *Ingor* vocabatur, qui collectis mille & eo amplius navibus CPolin venit &c. (o) De *Bulgaris* maxime loquuntur Byzantini ſcriptores,

rius vixerit, inprimis si ad ea, quæ de Svipdagero s. Svetislavo, filio Jonis Thialarii, dicta sunt, adtendimus, illius nempe matrem vocatam fuisse ELINBORGAM, ipsumque Constantinopoli reducem, Russis CHRISTIANORUM SACRA injunxisse recipienda; haud immerito putandum, Russos, ut alia multa, ita hæc quoque permiscuisse, Elinborgam eandem cum Olga s. Olena Svetoslavi, rectius Jonis Thialarii, matre facientes, qvæ religionem introduxisset Christianam; quod tamen, ut vidimus, a filio Jone factum, qvare & ipsi Russi referuntur, ante Olgæ istius tempora, dicta Christianorum sacra, a majoribus suis recepta fuisse (p). Enimvero Olgam

qui ex Chersoneso forte Taurica, ad latus Ponti occidentale migrantes, in Illyriam, Thraciam & Mysiam irruperunt, indeque ann. 851. CPolin abierunt. vide Schœttgenii L. c. Sect. 3. c. 2. p. 6. (p) Quid, qvod Russi historiæ antiquæ ignaris imponere satagant, dum jam dudum cum Apostolo Andrea salutarem istam religionem illatam fuisse tradant, vid. Herberst. L. c. p. 19. sq. & Collector. Chronicorum Russic. p. 5. Horum, certe, prior, iisdem auctoribus, ut aliorum verum, ita falsum omnino Apostoli istius, *iter* enarrat, factum utpote, ex *Græcia* per

gam conjugem non fuisse Igori, sed deinceps regnantis VALDEMARI MONOMACHI dicti, patris Jarislavi, liqvido constat, cum ex Sturlessonii RR. historia, tum Oddi de Olavo Tryggvassonio, Rege Norrigiæ (q), Cujus etiam rei epitomen ipse Collector (r) dedit, nihil tamen, quo fides dictorum historicorum dubia reddi possit, adferens. Narrant scilicet ipsi, (s) concinentibus itidem Russis,

Borysthenem usque *Chioviam*; inde, per *lacus* & *fluvios*, in *mare Balthicum*; tandem etiam *Romam* versus. Zonaras, referente Collectore, non prius Christianæ, qua Russorum quædam cohors imbuta fuerit, religionis mentionem injicit, quam sec. 9. cum legatione quippe eorum cœptæ, Principe, forte. Episcopos CPli secum postulante; Quicquid sit, verosimile utique est, pluries Russorum aliquos luminis istius divini radiis collustratos fuisse; Cedrenum adeoque non intelligendum esse de universali gentis feræ & immanis, ut ipse prodit, conversione; passim etiam ejusmodi scriptores, Bulgaros cum Rossis confundere. Sed de Christianismo eorum vide plura, si placet, apud Regenvolscium in Hist. Slav. Eccles. nec non apud Torfæum in Hist. Norrig. T. 2. p. 338. sq. (q Sturlessonius in Hist. RR septentr. T. 1. p. 233. Oddus in Hist. Olavi Tryggv. edit. Renhielm. p. 44. sq. Nota ab utroque Reginam istam vocari *Arlogiam* vel *Allogiam*, coll. posterioris p 16. (r) P. 114. sqq. (s) Sturless. L. c. p. 216. Oddus L. c. p. 14. 29.

ſis, Olgam, perinde ac Valdemarum, veram ſuſcepiſſe religionem, eandemque civibus perſvaſiſſe, non autem Olgam prius Conſtantinopolin petiiſſe, dictaque ſacra tum primum edoctam fuiſſe, quin hoc factum eſſe ab Olavo Tryggvaſſonio, poſtquam nimirum, initio adventus ſui in Gardariciam, univerſæ aulæ præfectus & dux exercitus cujusdam, qvi tutandis regni limitibus invigilaret, a rege Valdemaro, proſpera undiqve fortuna conſtitutus, in Græciam (t) abiiſſet, unde rediens, ſecum Sacerdotem multæ peritiæ, nomine Paulum, duxerit, cujus opera & Olga & Valdemarus perſvaſi, ut ſæpedictam doctrinam ipſi amplectentes, incolis annuntiandam facerent.

Vin autem plura ανιςορησιας exſtantioris exempla ? in promtu erunt. Monendum itaqve

ubi egregia Olavi opera, eademque maxime militaria, in Gardaricia aliisque Orientis regionibus, quarum nonnullas, cum urbibus & caſtellis recuperavit, peracta notanter recenſentur. cfr. Torf. Hiſt. Norrig. T. 2. p. 334.
(t) *Græciæ* nomine iſta ætas Conſtantinopolitanum impe-

itaqve primo, quod figmenti admodum craſſi arguatur chronicorum auctor, dicendo OLEGUM ſ. Oddum MORTUUM fuiſſe in RUSSIA, & MONIMENTUM ei ibi in SCESKOVIL ſtatutum, quod ſuo adhuc tempore viſendum fuerit; deinde ſciendum, EXPEDITIONES Olegi, non dicam in nationes plures Slavicas, qvam noſtri memorant hiſtorici, ſed ad ipſos Conſtantinopolitanos, ſuſceptas, atque in ann. 904 - 907. relatas, fatente ipſo collectore, ne verbulo quidem ab hiſtoricis memorari Byzantinis, quare nec ille eas ipſe ullo argumento corroborare potuit. (u) His accedit, quod Byzantini nec primorum illorum PRINCIPUM, quos a gente VAREGICA arceſſitos, Ruſſi tantopere celebrant, ullam faciant mentionem, cum a noſtris tamen luculenta, immo longe alia plerumque, quam quæ Ruſſis placuit, & nominum & rerum geſtarum Serie exhibeantur. Quemadmodum nec illud horum juvet placita, quod noſtri,

rium maxime deſignavit. (u) P. 30.

noſtri, ut ſupra retulimus, referant, binos Herraudi ſ. Rureci heroas victrices contra Græcos vibraſſe dextras; cum, nulla MIKLAGARDIÆ (x) ſ. Conſtantinopoleos facta mentione, dubium utique ſit, an ipſi ſponte ſua & ſoli, an ſub ductu Herraudi, id feciſſent. Saltem LEGATIONIS cujusdam Conſtantinopolitanæ noſtri non meminere, nedum pacis, cujus tabulæ ſ. inſtrumenta, ſi vel maxime exſtitiſſent, tot ſeculorum ſpatio, ſub ipſius gentis, quam antea urſi, non modo Barbarie, ſed & ſub Tartarorum, ei diu imperantium, crebra deprædatione & incendio, non potuere non interire, immo, ipſa vetuſtate, tineis & blattis eſcam præbere certiſſimam (*). Tandem & omni carere videtur dubio, CHRONOLOGIAM adeo exactam,
quam

(x) *Miklagardia* Scandico idiomate vocatur CPlis, quaſi magna admodum civitas, urbs, *ſepta* quippe ſ. *munita*, a *gerda* ſepire. Crebra ejus mentio in hiſtoriis noſtris injicitur, quæ & ejus loco paſſim *Græcia* tantummodo mentionem adhibent. Vid. Sturleſſon. T. 2. p. 55. 57. 60. 68. 69. 70. 240. 244. inprimis p. 396. (*) Faç quidem ejusmodi tabulas a CPtanis conſignatas fuiſſe, & in archivo quodam aulæ

quam Ruſſi ſuorum rebus geſtis prætexunt, nonniſi poſt ſeculum 13. quo litteras acceperunt, barbarieque tamen & propria & Tartarorum admodum craſſa adhuc laborabant, compilatam fuiſſe a Monacho quodam, qui HISTORICOS BYZANTINOS ruſpatus, ad illorum tenorem fatiſcentes majorum ſuorum traditiones, temeraria profecto ſedulitate adplicaverat; multa tum, ut ſupra obſervatum, ſimul pro lubitu CONFINGENS, quibus & ipſi compilati annales auctiores redderentur & vero ſimiliores. Eſt itaque qvod mirere Collectorem ipſum chronologiæ ejusmodi, cujus tamen, qua maximam partem, nec fundamentum nec argumentum ex propriis documentis ſuppetebat, tuto acquieſce-
O re

Ruſſicæ reconditas, neceſſe tamen fuit, eas tot ſeculorum funeſtis fatis ſuccubuiſſe, prorſus qvemadmodum plurima apud nos eadem de cauſſa periere monimenta, qui tamen minoribus longe obnoxii fuimus invaſionibus ac prædis, ſaltem quas barbaræ fecere gentes, cfr Cogitatt. orthogr. p. 62. ſq. & Præclariſſimi Magiſtri E. *Renſtræmii* eruditam diſſertationem de hiſtoria Svio Go-

re voluiſſe, adeo ut ipſe (q) eam, quaſi ab antiquioribus mutuatam, lectoribus perſvadere annitatur; ſimul tamen confeſſus, (z) quæ de antiqviſſimæ ætatis rebus geſtis prodant chronica ab illo edita, admodum eſſe INCERTA, qvin & eadem NOVITER eſſe deſcripta.

Mihi vero, ex omni iſtius gentis traditione παλαιοπαραδότῳ nihil fere magis, ut NATIVUM & GENUINUM arridet, quam quod ex tenui prodidit fama, primo de VAREGORUM SEDIBUS TRANSMARINIS, qvas ſupra indagavimus. Secundo, de VOLCHOVIS, Ruſſiæ prioribus dominis, qvorum qvidem originem Varegicam, appellationem autem Slavicam ſ. Ruſſicam pariter adſeruimus. Tertio, de CHORSARIS, qvibus, ut Varegis, tributa aſpreolorum (a) pelles pependerint ZUDI

thiea deficiente p. 30. ſq. (y) P. 3. (z) P. 1. (a) Jordanes de *Svedis* noſtris, qui ad *Romanos ſaphirinas* miſerunt *pelles*, hæc p. 612. poſtquam de *CreFennis* dixerat, narrat: „alia „vero gens ibi (in Scanzia) moratur *Suethans*, quæ velut „Thuringi equis utuntur eximiis. Hi quoque ſunt, qui „in uſus Romanorum *Saphirinas pelles*, commercio inter-

ZUDI (b) ſ. Fenni & Æſtones, una cum Slavis, Crivitzis & Meranis. Ubi & monendum dictos CHORSAROS, non alios mihi videri quam CORELIOS ſ. CARELIOS KYRIOSQUE Fennicos ſ. Venedicos, quorum cognati CURII in Curlandia, eosdemque forte, quos in oriente piraticam exercentes, Scando-Gothi noſtri

„veniente, per alias innumeras gentes transmittunt, fa„moſi pellium decora negredine. seqvuntur deinde di„verſarum turba nationum, *Theusthes* (Tiuſtii in Smolan„dia) *Vagoth*, *Bergio* (Vogii & Bergii in Norrigia) *Hal*„*lin*, *Liothida* (Hallandi & Lœdoſii Gothoburgenſibus vici„ni) &c.„ (b) *Zudos* a ſinu Venedico ad lacum Peipenſem ſe extendentes, ut ſupra indicavimus, Scythas fuiſſe nemo prudens dixerit, a Ruſſis quippe ſic vocitatos, quibus *Scytharum* nomen (quod Græci a *Getico* formarunt, ut in Prodromo noſtro p. 2. ſq oſtendimus, coll. Sheringhami Orig. Angl. paſſim & Peringſk. nott. ad Vit. Theoder. p. 343. 374. 437.) non potuit non fuiſſe ignotum; potius per *Zuodos* ſ. Fennica dialecto *Zuomios*, al. Græco idiomate *Saur* ſeu *Sar-matas* putet intelligendos, quorum pars haud exigua Æſtii, gens itidem Fennica. Quandoquidem non modo *Corelii*, ejusdem generis populus, ante Ruſſos in confiniis ſinus Venedici habitarunt, ſed & *Suodii* ſ. *Suomii*, ut nonnulli putant, a Fennica dicuntur voce *ſuo*, palus, unde *Suomenmies* Fennus, perinde ac ipſa vox *Fennus* a Goth. *Fen* itidem palus, lacus arceſſenda. Adeo iſthæc denominatio Fennorum, a terræ qualitate ipſius ſecundario petita, vero admodum fit ſimilis, ut ut vel maxime fa-

ſtri KUSAROS (c) nuncupabant. Quarto, de perantiquo non minus quam frequenti communique accolarum maris Balthici, Scando-Gothorum puta maxime, ITINERE per Ruſſiam

tendum ſit, ipſis Sarmatis id nominis primario eſſe vindicandum, ceu a *Samaritanis* ortum, quorum, ut & *Budiorum* ſ. *Budinorum*, ex *Aſſyria* & *Media* coloniam, *reges Scytharum* ad Tanaim traduxiſſe, eamque adeo facili migratione ad ſinum Venedicum & Boddicum, tandemque in Fennmarkiam perveniſſe, ego in appendice ad Diſſertat. Epiſtol. de Stockholmia &c. primus indicavi & urſi. Et qvidem præeunte Diodoro Sic. cum Plinio & Solino collato, cujus deinceps verba a. 1726. cum amico Stralenbergio communicata, ejusdem Tractationi, ſæpius commemoratæ, p. 164. inſeri commeruere, in uſum licet ſuæ, h. e. alienæ longe hypotheſeos adhibita; qua tamen, ut fabuloſa maxime ſcriptoris Arabis traditione de origine Tartaricarum gentium, Ogo item Chano, Beroſiano utique commento, nec non incondito Johannis Magni Catalogo regum Svedicorum chronologico ſubnixa, meam longe probabiliorem exiſtimandam adhuc confido. cfr Cogitt. Orthogr. p. 13. addita Introd. ibidem citata. (c) Ut *Chorſari*, quod initio hujus opellæ obſervavi, Varegi etjam a Ruſſis apellati ſunt, qui eis, ceu dominis, annui tributi nomine, *aſpreolorum pelles* pendere tenebantur, quarum nihilominus copia ipſi, per Scrito-Fennos, ſi una cum Ruſſis longius in oriente habitaſſe ſtatuerentur, facile abundaſſent; cum tamen Ruſſi vicinas jam tum noſtris Varegis fixerint ſedes, quibus, ceu ceteris Scandianis, ejusmodi pelles, una cum Saphirinis, de quibus ſupra, ſem-

ſiam in GRÆCIAM, de qua alibi (d) egimus; dum & expedite traduntur tranſiviſſe ex Boryſthene, ductore alio fluvio Volota, in lacum Ilmenſem, cui, interfluxu fluvii Volchovæ, lacus ingens Nevenſis, rectius Ladogenſis, in mare Balthicum ſ. Venedicum ſe exonerans, annectitur. Qvinto, de regione RUSS ſ. ROSEIJA, ante Ruſſorum adventum habita-

per placuere. cfr. quæ infra de Faravido Kvenlandorum rege, cum Fennis dimicante, dicturi ſumus. Ita veritati haud repugnabit ſententia noſtra de Varegis *Coreliis* ſ. *Kyriis* in Carelia, (de qvibus poſthac plura) apud Ruſſos *Chorſarorum* vocabulo pronuntiatis. Uti nec incredibile eſt, *Coriorum* in Curlandia majores, iſtorum απογονες fuiſſe, cum Fenni Kyriorum & Karelorum gentiles & ὁμολωσσοι, ad Viſtulam usque ſedes ſuas extenderint. Tandem haud male ſtatueremus, ejusdem generis, ſaltem ſtudii ac denominationis fuiſſe, non modo Plinii aliorumque *Chorſaros*, verum &, ſic in Scando-Gothicis hiſtoriis appellatos, *Kuſaros*, de quibus Torfæus in hiſt. Norrig. T. 3. p. 451. ſq. ubi eos ab Iſlandica voce *Koſſ* curſu, quaſi diceres piratas, derivat, Sheringhamo proinde in ſuas partes vocato, a quibus nec ego admodum diverſus in Introd. p. 207. abeo, dum eosdem, quaſi *Cheruſcos*, *Coribantes*, *Curetes* per ſagittarios, ſcutarios explico, eosdem cum S. Scriptoris כרתי ופלתי (d) *Iter* illud Ruſſis, teſtibus Collectore p. 5. Herberſt. p. 19. ſq. coll. p. 172. & Petr. l. 1. p. 97. uſitatum, etiam *Scandianos* frequenter inſtituiſſe

bitata; de qua, ut & horum æque ac Scandianorum borealium quibusdam provinciis ac antiquitatibus, jam datur uberior disserendi locus.

* * *

POtuisse, sane, Russorum gentem, ut quosdam primorum Varegicæ stirpis Principum, ita & NOVISSIMÆ SEDIS suæ, maxime quippe inter eos celebratæ, memoriam tenere, tanto minus in dubium vocari poterit, quanto certius est, parilem rerum suarum notitiam etiam adhæsisse aliis populis multo antiquioribus (e) Non vero jam multis exaggerandum venit, quod non solum Luitprandus, scriptor quidem Italicus, sed pervetustus & magnæ auctoritatis, diuque in Germania, nec non Constantinopoli, ut Orator & Legatus, sec. 10. versatus, narraverit, Russos in NORMAN-

per *Dunam* Livoniæ & *Volgam* Russiæ fluvios, in *Græciam* & *Pontum* profecturos, in prolegg. ad Cogitt. Orthogr p 13. ostendi. (e) Ut non modo nostris de Ogo & Formoto in Kuenlandia & Gothlandia, sed & Ægyptiis de Hammone s. Chamo ad Nilum; Græcis de Inacho & Ione s. No-

MANNORUM (quorum in Galliam aliasque australes regiones migrantium majores, Scandianos fuisse, Muratorius (f) egregie evicit) censum relatos fuisse (g) sed & Annales Bertiniani ad ann. 839. apud eundem Muratorium (h) perhibeant, legatos RHOSSORUM Regis CHACANI (HAKONIS s. HAKI) ad Regem Ger-

acho & Javane in Thracia & Thessalia; Italis de Saturno & Jano &c. (f). In antiqq. Italicis medii ævi, T. 1. diss. 1. p. 22. sq. (g) Scribit enim Luitprandus in L. 1. c. 3. ita: Byzantium habet ab aquilone Hungaros, Pizenachos, Chasaros, *Russios*, quos alio nomine nos *Nortmannos* appellamus. Porro in L. 5. c. 6. gens qvædam est sub aqvilonis parte constituta, quam a qvalitate corporis Græci vocant Russos (intellige τȣς Ρως) nos vero a *positioni loci* vocamus *Nordmannos*, h. e. *aquilonares homines* (h) L. c. p. 525. ubi verba Annalium conditoris sic jacent: cum legatis Græcorum a „Theophilo imperatore, ad imperatorem (Ludovicum) directis, missi etiam quidam, qvi se, id est *gentem suam RHOS* vocari dicebant. Quos rex illorum *Chacanus* voca„bulo, ad se amicitiæ, sicut asserebat, caussa direxerat. „Petens per epistolam, qvatenus benignitate Imperatoris „redeundi facultatem atque auxilium per imperium su„um totum habere possent, qvoniam itinera, per quæ „ad illum Constantinopolin venerant, inter Barbaros & ni„miæ feritatis gentes immanissimas habuerant, quibus eos, „ne forte periculum inciderent, redire noluit. Qvorum „adventus caussam Imperator diligentius investigans, com„perit eos gentis esse SVEONUM &c.

Germaniæ Ludovicum miſſos, SUEONES fuiſſe; quod, utique, intuitu SITUS Ruſſiæ antiquioris, de quo mox, nec non IMPERII Sueo-Varegici, quod ſupra urſimus, ab extero illo homine, veriſſime omnium prodi credimus. Quin ediſſerendas nobis potius ſumamus ipſorum Ruſſorum traditiones (k) quibus pateſcat, primo, quod regio, quam occupavere, ad mare Varegicum ſita, vocata fuerit ROSEIJA, a qua & ipſis regnoque eorum deinceps appellatio RUSS data ſit. Deinde (l) quod VAREGI, ante Slavorum immigrationem, RUSSIAM incoluerint, ab his autem expulſi, circa adventum Rurechi, revocati fuerint. Porro, quod PARS VAREGORUM ſeſe RUSSOS appellaverit. Denique, quod, diſſentientibus inter ſe Sinao & Truvoro, dum poſterior Varegos Ruſſicos in ſuas partes traheret, prioremque una cum ejus Slavis viciſſet,

(i) Petrejus L. 1. p. 109. (k) Stralenbergius L. c. p. 194. coll. etiam, qui adplaudit, celeb. Scarino diſſ. cit. p. 57. (l) Uti & laudatus monet Stralenberg. l. c.

ſet, ab eo tempore tota regio RUSSIÆ, & gens Slavonica RUSSORUM cognominibus inſignita fuerit.

Hinc itaque cognoſcimus, quod qui primitus Ruſſi vocabantur, originis fuerint Slavicæ (m) &, cum pars Varegorum ex transmarinis terris advecta, pars itidem alia Ruſſi vocata, eam olim, quam Slavi dein occuparunt, regionem incoluerit, adeoque hæc Ruſſici nominis appellatio eidem propria fuiſſe pateſcat, conſulendæ ideo nobis omnino ſint Scando Gothicæ hiſtoriæ, quæ rerum ejusmodi, in vicino cognitoque olim oriente, hiſtorico geographicarum liquidiorem præbeant notitiam. Earum nimirum quædam, Bodvari Biarkii, herois apud Hrolſum Krakium, Regem quondam Daniæ, famigeratiſſimi prolixe exponens res geſtas (n) ſeculo quæ

 jam

(m) Stralenberg. l. c. (n) Epitomen iſtius hiſtoriæ jam ſupra dixi ſubjunctam eſſe vitæ Hrolfi Krakii in Volum. hiſtorico. Occurrit quidem ibidem etiam *Ruſſiæ* mentio, ſed ita, ut per hanc totum intelligatur Ruſſiæ imperium, recepta utpote auctoris tempore appellatione, qui & ideo Gardariciæ immemor eſt, quæ eidem imperio prius ſubjacuit. Perinde ac

jam ſexto, quo Slavos in Ruſſiam perveniſſe ſupra retuli, contigerunt, perſpicue prodit RISALANDIAM, ſeu Latino idiomate RISIAM, quandam MINOREM, fama ejus ævi hominum celebratam fuiſſe, unde, Slavica dialecto, Roſeyæ ſ. Rusſiæ appellationem enatam mihi perquam veroſimile fit. Minor autem dicta eſt, intuitu majoris, quæ ad occidentem ſita, & GOTUNHEIMIÆ ut plurimum no-

Suidiodia ſ. Suedia, in aliis Scando-Gothicis hiſtoriis ſæpiſſime a *Suiarike* ſ. *Suiavallde* h. e. Suionum imperio diſtingvi ſolet, probante id ipſum celeb. mem. C. Lundio nott: ad LL. Upl. p. 135. Porro obſervandum *Riſalandias* ſ. *Gotunheimias* (quas gigantes ſ. homines proceri admodum atque olim rebelles incolebant, reſpectu nimirum habito ad *Mannheimias*, ſ. Suionum, ut virorum ſtaturæ mediocris & civilium habitationes, de quibus ſequenti nota ex Sturleſſonii & Hervoræ hiſtoriis) vetuſtate nominis longe antecellere *Gardariciæ* memoriam; nec non vocabulum *Rusſiæ* Slavicæ, multo eſſe Gardariciæ recentius, quandoquidem, ut alias mittam, hiſtoria de Jone Thialario prodat, Gardariciam poſtea Ruſſiæ appellatione veniſſe. Riſalandias autem a Gardaricia, ſ. Ruſſia late ſumta, qua nomen & ſitum diverſas habitas fuiſſe, ex hiſtoria Landnamæ ſ. occupationis Iſlandiæ, manifeſtum eſt, ut in qua hujusmodi leguntur verba: Torkillo uxor fuit Elina, filia Regis Buriſlavi, qui orientem verſus in Gardaricia regnavit,

nomine celebrata, partem Suediæ borealem conſtituit (o); jacens adeo & ipſa, ad fidem hiſtoriæ Jonis Thialarii, ut tum temporis provincia Gardariciæ, ad boreale latus KÆNUGARDIÆ, ſeu, ut Fennico torquetur idiomate, KYMMENEGARDIÆ, quæ auſtralis olim KUENLANDIÆ, poſtea FENLANDIÆ, ex Fennica ſ. Vendica, Venedica colonia, nuncupatæ, erat pars, (p) media hodie Nylandiam inter &

 Ca-

& conjuge gaudebat Ingeborga, nata Dagſtigi Regis Riſorum, Riſalandiam puta minorem incolentium. (o) Patet hoc tam ex Edda Sæmundi, unde nonnulla in Tract. de Armillis p. 16. ſq. transſcripſi, quam ex Sturleſſonio L. c. T. 1. p. 5. de itinere Gefionæ boream verſus in *Suediam*, indeque in *Gotunheimiam* inſtituto; item ex Hervoræ hiſtoria, præcipue ms. c. 1. ubi *Suioniæ* regnum in *Mannheimias* & *Gotunheimias* diſpeſcitur.

(p) *Kuenlandiæ*, ſane, mentio in antiquioribus hiſtoriis, aut plerumque ſola, aut paſſim per *Finlandiæ* vocabulum ſignificata occurrit, cfr Origg. Norrig. Eiglam, alias. Hinc cum Finlandia, ut hodie accipitur, nec apud antiquiores quosvis hiſtoricos, nec apud Adamum Brem. (qui tamen, alioqui *αγεωγραφωτατος*, Kuenlandiam per *terram feminarum* recte exponit p. 93. 146. ſq. & per *Fennos* ſuos, *Alpinos* intelligit, *Fennmarckiæ* incolas, quemadmodum & in hiſtoria Oddi jaculatoris ſemel occurrit *Finlandiæ* ſcriptio pro frequentiori *Fennmarkiæ* mentione) ſed ſolum & quidem omnium primo, apud Sturleſſonium memoretur, qui

Careliam provincia, adeoque in SUPERIORE ſ. MONTANA, quæ lacus Saimenſem & Ladogenſem interjacet, Careliæ plaga olim ſita. Fuit autem CARELIA duplex, Kyrialandiarum ſ. Kyriarum nomine nota; quarum borealior, Holmgardicis ſubdita regulis, a mari glaciali ad inferiora KUENLANDIÆ, unde CAJANIÆ hodiernæ ſupereſt denominatio, ſe extendebat, quæ & olim regulis gaudens, hodieque KYRIARUM memoriam in duabus cognominibus parœciis ſervans, appellationem ſuam, ut nuper dixi, deinceps ceſſit Fennlandiæ, Ruſſis ideoque CHAINSKA SEMLA vocatæ (q); auſtralior autem, per Kuenlandiam ſuperiorem ſ. Savolaxiam exporrecta, in Carelia hodierna, quæ ſtrictius olim latera lacus Ladogenſis preſſit, deſi-

ſec. 13. vixit, & de prioribus agens temporibus, id vocabulum proleptice pro *Kuenlandia* (ut auctor originum Norrigicarum Laponiam, pro Fennmarkia ſ. Fiallamannalandia & Kilpingalandia, de qua infra) uſurpat, vide Diſſert epiſtolic. de Stockholmia p. 8. & introduct. p. 7. neceſſe eſt ſtatuamus, nonniſi inter Adami & Sturleſſonii tempora, Fennos e Fennmarkia in hodiernam Fennlandiam conceſſiſſe, quo & tempore Rex Suediæ Ericus, cognomento ſanctus, colonias illuc Suedicas miſit. (q) Vide Her-

deſinebat, clauſa adeo interiori ſinus Fennici termino. (r)

Sed his levi digreſſione tactis, porro obſer-

berſteinium L. c. p. 56. (r) De *Kyriis auſtralibus*, accipiendum eſt bellum, quod, non modo Rex Daniæ *Ivarus Vidfadmius* Radbiarto Regi Holmgardiæ intulit in Kyrialicis finibus, ubi & ipſe ſpontanea obiit morte, de quo fragm. hiſt. de bello Bravic. p. 11. ſq. ſed & quod in Norna Geſti hiſtoria, ut ſupra dixi, cum eis primo, dein cum *Kuenlandis* habuit Rex Suediæ Ivaro æqualis *Sigurdus Ringius*, eo quod regiones ejus infeſtarent. De *borealibus* autem (quorum cum *Fennmarchiis* mentio habetur in fragmento Runico, quod in Cogitt. Orthogr. p. 60. produxi, & quibus regendis Suidium præfectum fuiſſe ſupra dixi, teſte Halfdani OEſtenſſonii hiſt. p. 32. ſq.) hæc habet Eigla c. 22. ſq. ab *Haralldo* mempe *pulcricomo* Halogalandiæ præfectum fuiſſe Thorulfum, qui in *Fennmarchia* orientalia proficiſcens obvios ſibi habuit Legatos Regis *Kuenlandorum* Faravidi, qui ſuppetias, non quidem debitas, ſed gratuitas, poſtulabat, adverſus regulum *Kyrialorum*, qui ditionem ſuam infeſtaverat, oblata, ut Torfæi exemplar in Hiſt. Norrig. T. 2. p. 92. habet, ſocietate prædæ ſibi Thorulfoque ex æquo dividendæ, ſingulis autem Thorulfi militibus geminata portione; noſtrum autem æquas verius utrorumque partes recenſet, portio ut regia triens totius prædæ eſſet, præter muſtelarum exuvias pellesque urſinas, quas ex indiviſo perciperet. Thorulfus itaque expoſito legationis ſcopo, conſenſum ſuorum requiſivit. Hi occaſionem prædæ haud quaquam elabi ſe paſſuros pronuntiantes, legatos e veſtigio ſecuti ſunt. Ubi adeo in Kuenlandiam ad Faravidum

ſervandum, quod hiſtoria Hrolfi pedeſtris perſpicue teſtetur, prædictam KÆNUGARDIAM, quæ auſtralem Kuenlandiæ partem olim conſti-

regem ventum eſt, exercitum inſtituunt, Kuenlandorum acies 300. militibus, 100. Norrigiorum conſtitit. Conſcenſo monte in Kyrialos, qui prius Kuenlandos impugnarunt, inciderunt, qui priore victoria feroces, eandem ſibi fortunam pollicentes, iterum collectis viribus magno in eos impetu feruntur. Verum Norrigii *clypeis* quam Kuenlandi firmioribus uſi, maſcule eos exceperunt, tandem etiam repreſſerunt, magna eorum parte cæſa. Aucti ſpoliis haud exiguis Faravidus & Thorulfus in Kuenlandiam redeunt. Mox Thorolfus, firmata cum Kuenlando amicitia in montem ſe recepit Norrigicum. His addere lubet nonnulla ex hiſtoria Regis Norrigiæ Haki Annoſi, quam ms. in idioma transtuli Suedicum. Nempe, ad Regem iſtum ex oriente & quidem Gardaricia, profectos fuiſſe Regis *Holmgardiæ* Alexandri legatos, ſub ductu *Riſi* ſ. Ruſſi cujusdam Michaëlis, qui querebatur de præfectorum Regis Haki & *Fennmarkenſium* contentionibus cum vicinis *Kyrialis*, *tributariis* Regis Holmgardiæ, & præcipue quod mutuis prædis & cædibus ſe invicem laceſſerent. Hinc Hakum permotum fuiſſe, legatos ſuos eo in orientem mittere, qui Holmgardicis juncti diſſenſum ſopirent inter utriusque cives Fennos & Kyrialos. Fuiſſe etiam eo tempore conflatum bellum inter *Holmgardenſes* & *Tartaros*, quo durante Rex Surdalorum in Gardaricia Andreas, frater dicti Alexandri, a Tartaris regno expulſus, in *Suediam* transmigraverat ad Birgerum Jarlum, cujus in bello contra Danos pro HAKO Rege Norrigiæ gerendo fuit comes.

ſtituebat, (s) extendiſſe ſe juxta MONTES, qui Gotunheimias ſ. harum minorem ac orientalem diſtrictum, Riſalandiam puta, de qua agimus, diſtinguebant ab Holmgardia, hodie CHOLMOGORODIA dicta (t) cui GOTUNHEIMIA itidem contermina fuiſſe narratur (u) nempe BOREALIS, complectens DUMBSLANDIAM ſ. Norbotniam, cum ſuis SMALANDIIS ſ. parvis inſulis (x) alias etiam, ut infra patebit, SUEDIA FRIGIDA vocata, & ab orientali Alpium latere exporrecta, ut hiſtoria Bodvari Biarkii habet. Hinc &, fide hiſtoriæ Samſonis pulcri, RISALANDIA (major & minor) ad plagam maris orientalis ſ. ſinus Bothnici orientalem & borealem, vel accuratius loquendo cir-

(s) Borealis Fennica dialecto *Cajania*, vocabatur, auſtralis vero, variante paulo Suedico ore, *Kænugardia*, ſ. ad Fennicum detorta, *Kymmenegardia*, quæ & nonnunquam regulis ſuberat, ut ex Oddi patet hiſtoria, coll. Gœthrici p. 26. (t) De qua infra. Certe, ut hodie in Tabulis Geographicis inter mare album & lacum fere Ladogenſem collocatur, ita & hinc olim latius in ſinum usque Fennicum extendebatur. (u) Teſte hiſtoria Bardi montis nivei deaſtri c. 1. (x) De quibus dicta hiſtoria, unde & *Dania*, ceu plurimis conſtans inſulis, pariter *Smolandia* nuncupata. cfr Sturleſſ. T. 2.

circium verſus, refertur (y). Dicta etiam perhibet hiſtoria Jarlum quendam, nomine ASPERUM in RYSSALANDIA habitaſſe, quæ certius certo Riſalandia noſtra minor fuerit, explicante præſertim eadem ſemetipſam, dum porro utriusque promiſcuam adhibet mentio-

p. 128. (y) Hiſtoriæ Samſonis, quæ in Volum. hiſt. N. 12. edita eſt, verba, ut alia huc pertinentia, in Gotunheimia mea p. 48. ſq. protuli. Et quamvis iſthæc hiſtoria videatur *Riſalandiam*, & *Glæſisvalliam* a *Gotunheimia* diſtinguere, hoc tamen levioris eſt momenti. Cum non tantum in cod. ms. hiſtoriæ Hervoræ locupletiore, Glæſisvallia inter Gotunheimica territoria recenſeatur, quæ & ipſa gigantibus *Jotar* ſ. *Riſar* habitata fertur, unde, præter alia argumenta, Riſalandiam Gotunheimiamque unam eandemque regionem, ſaltem illam hujus partem fuiſſe conſtat; verum & ipſa Hiſtoria Samſonis, iſtam diſtinctionem rejiciat, dum c. 14. Skrymnerum monarcham Gotunheimiæ fuiſſe narrat, cap. tamen 19. Sigurdum Glæſisvalliæ regis filium, itinere ad Skrymnerum in Riſalandiam directo, in Gotunheimiam, ut eandem perveniſſe, ibique tum ejus occiſi imperium ſibi adſeruiſſe. Prorſus quemadmodum in hiſtoria Thorſteni urbium roboris, quam Volum. hiſtor. N. ult. continet, legimus, Godmundum Regem fuiſſe Glæſisvalliæ, quæ Riſalandiæ ſubjacet, illumque hujus monarchæ tributa pependiſſe. Profecto, *Glæſisvalliam* non modo *Biarmalandiæ* finitimam fuiſſe, & hujus cives *Gothica* adoraſſe *numina*, ut Herrœdi hiſtoria p. 24. 28. coll. p. 41. 43.

tionem. Vixiſſe autem videtur Jarlus ille ſeculo vergente 7. quum eadem hiſtoria tradat Sigurdi, Regis Gotunheimiæ (majoris) cujus pater Godmundus Rex Glæſisvalliæ erat, filium Ulfhedinum unimanum, in hiſtoria commemorari Sigurdi Hringii, qui initio ſequentis ſeculi vixit. Evidentius adhuc commonſtrat hiſtoria Egilli Asmundique (a) ſupralaudatum Regem Tryggvum ſ. Truvorum, dominatum fuiſſe per Ruſſiam orientalem, vel ut aliud

Q ms.

nec non Tract. de Armillis p. 28. ſed & ad eandem, ut, una cum Biarmalandia, inter *Norlandicas* noſtras, ad *mare Svedicum* jacentes provincias, numeratam, aliquot navigatores in dicto mari *procellis* agitatos, ſine multa remora delatos eſſe, ex Thorſteni urb. rob. hiſt. c. 4. p. 7. ſq. conſtat, coll. omnino Gotunheimia noſtra p. 84. Porro *majorem Gotunheimiam* ſ. *Riſalandiam*, etiam Suediæ frigidæ appellatione inſigniri, ſupra collegimus ex Bodvari Biarkii hiſtoria p. 128. 130. 136. quæ adeo ſita fuerit ad latus orientale *Kilpingalandiæ*, plagam Norlandiæ Suedicæ montanam conſtituentis, & nonnunquam *Hellulandia* & *Fiallamannalandia* vocatæ, immo adnexas habentis regiones *Biarmalandiam*, *Hundingialandiam*, *Kalbaksſidam* (cujus nomen adhuc refert parœcia Kaliſia) *Magiurratiam* (plagam Kuenlandiæ maritimam, quod in longitudinem extenſa eſſet multam, usque ad Balagardsſidam ſ. ſinum Fennicum) *Kyrialandias* &c. (a) c. 1.

ms, rectius habet, per RUSSIAM, quæ orientem verſus jacens, ſita erat intra HUNALANDIAM & GARDARICIAM. Quarum PRIOR, ſtricte accepta Botnias, præſertim occidentalem, comprehendebat, late autem, ab una parte, per totam ſe extendebat nonnullo tempore Oſtrobotniam ſ. Cajaniam, ab altera vero inde a dicta occidentali Botnia usque ad Geſtriciam (b). Poſterior ſ. GARDARICIA ita nominata eſt, loco potioris & propinquioris Holmgardiæ, quæ & in hiſtoria de Oddo noſtro (c) aliisque paſſim abſolute GARDIARUM vocabulo celebrata,

(b) De *ſedibus Hunnorum*, prima, puta, in Botniis quin & ad Geſtriciam usque & Gardariciam extenſa; ſecunda ad Paludem Mæotidis; tertia in Germania, fuſe egi in Gotunheimia c. 13. ubi, quod ad primam ſedem, fidem ſecutus ſum antiquiſſimæ hiſtoriæ Sturlœgi, nec non Hervoræ & Ketilli Hængii, quæ Framarum quendam Hunalandiæ (*Hunævælldi* ſ. Hunnorum imperio) æque ac Geſtriciæ præfuiſſe tradit, unde & Torfæus l. c. T. 1. p. 321. *Geſtriciam* tum partem Hunalandiæ conſtituiſſe vult. His vero addantur, quæ de *Hunnis* eorumque *lingua Gothica*, ſi vel maxime, propter vicinas & communes cum Venedis ac Slavis, in oriente, ſedes, *duplex*, ſecundum Dionem, fuerit, dixi in prolegg. ad cogitt. Orthogr. p. 14. coll. Johannis M. hiſt. Sv. Goth. p. m. 294. (c) c. 60.

ta, ſitum, ut ſupra indicavi, habuit mare Glaciale inter & ſinum Venedicum; hoc eſt, ut eundem ſitum explicat Olvi Bragdii hiſtoria (d) reſpectu Gardariciæ, occidentem verſus & ſeptentrionem, quam in rem dignum eſt, quod legatur ipſius Olvi ibidem deſcriptum iter.

Jam in ſuperioribus oſtenſum eſt, denominationem Ruſſorum & Ruſſiæ, a RISAR ſ. gigantibus & RISALAND, eorum terra, nonniſi circa initium ſeculi 6. exortam fuiſſe, ceu quod prius haud contingere potuit, quam ipſi Venedarum ſ. Sarmatarum (e) jam dudum

(d) Poſtquam nimirum Olvus ille, ex mandato Regis Sveni, e Dania abierat, ad inveſtigandum fugitivum Akum, ſub adventum, in portum quendam Gardariciæ, a ruricola nomine Alfo cognovit, *Akum* verſari in plaga Holmgardiæ ſeptentrionali, quo proficiſci quidem duplici poſſet itinere; ſive longiore, juxta continentem ſ. littora, maris Balthici ſuperiora, ſcilicet Jotlandica, h. e. Jotunheimica, & dein per fluvium Ulöenſem; ſive breviore, per regiones quasdam montanas & campos haud injucundos, ubi tamen prædones commorari ſolebant (Kareliam innuens) itinere 7. milliarium, ſicque in ditionem Aki, ab ipſo *Akoriam* vocatam, optato perventurum. (e) Enimvero cum Ruſſis ſ. *Slavis Bulgarisque* Aſiatica ex Illyria colonia, minime

400 fere annis, ante nativitatem Servatoris, ad ſinum Botnicum, & deinde, quod ſupra monui, in Fennmarkias commigrantium (f) circa ſinum Venedicum reſiduas colonias, longius auſtrum verſus & ultra Viſtulam, in VANDALIAM ſec. exeunte 7. propuliſſent, quarum nonnulla in Pannoniam ſ. Ungariam usque proceſſit. (g) Quod adplicari forſan commo-

confundendi ſunt multo antiquiores *Venedæ* ſ. *Fenni*, quibus ideo diverſa numinum vocabula, ut ex iis, quæ ad Ruſſos pertinentia, & cum Fennicis collata, de quibus diſſ. Upſ. de origine Fennorum, initio hujus operis abunde patuit. Iidem profecto Venedæ fuerunt cum *Sarmatis*, niſi quod, ut ſupra retuli, *Venedas* vicini Svio-Gothi, ut ipſi ſe Sarmatas ſ. Samaritanos, vocaverint, unde & promiſcua eis Venedorum & Sarmatarum appellatio apud Græcos & Latinos ſcriptores, quos inter etiam Geticas ſ. Gothicas noſtras gentes, æque ac iſtos ſequioris ætatis Samaritanorum ex Media & Aſſyria *απογονȢς*, frequentia olim fuere commercia. (f) Hi enim apud Græcos præcipue vetuſtiores, *Budini*, *Arimi*, ſ. *Arimaſpii*, *Arimphæi*, item *Ægipani*, *Himantopodes*, *Oxypodes*, *Sciapodes*, *Cyclopes*, *Monoſceli*, *Panotii* ſ. *Fanesii*, a ſitu ſcilicet, amictu, habitu alioque vivendi genere, quod eis alioquin in iſtis terris, tum temporis, cum vetuſtioribus noſtris Scythis & Cimmeriis commune fere fuit, ſic vocati, celebrati ſunt, cfr introd. p. 6. 213. ſq. (g) *Ungaros* origine *Venedas* eſſe ſ. Fennos, (quod tamen ego de parte quadam Ungarorum intelligendum puto) indicavit qui-

mode poterit, ad Regis Gardariciæ Herraudi ſ. Auriki heroum, Siolfi & Ottari, ut ſupra itidem inculcavi, prælium cum VINDIS ſ. Venedis habitum, quorum & nomen ſequiori illo ſeculo Slavis paſſim tribuitur, quod illos, propinqua & longa neceſſitudine junctos, ſecuti fuerint (h). Eo tempore non modo, ſed & ante, REGIONES RUSSORUM antiquioris appellationis, a primis maxime ſuis PRINCIPIBUS & PRÆFECTIS SCANDO-GOTHIS, nomina ſortita puto, quod, præter Lucianum, qui linguam Gothicam, ſeculo 2. per totam invaluiſſe Scythiam refert, etiam teſtimonio Procopii, & auctoris hiſtoriæ Vilkinorum confirmari poterit. (i) Nam, ut de vocabulo HOLM-

dem Leibnitzius in Miſcell. Berol. p. 8. Rudbeckius junior autem ex lingua præcipue eorum, in de uſu lingvæ Gothicæ p. 77. ſq. fuſe probare ſategit.

(h) Non modo Latini, ſed & Scando-Gothici, recentioris ævi, ſcriptores, Slavos appellaverunt Venedas ſ. Vindos, & quidem eapropter, quod illi his, ut multo tempore, etiam in Polonicis terris, vicini & familiares, poſtquam ſeculo 8. in Vandalorum ſedes immigrarant, ſequaces immixti fuerint, pleno tandem veluti alveo ſe ipſos in Vandaliam effundentes. (i) Procopius in hiſt. Vandal.

HOLMGARD, Ruſſice Cholmogorod, unde univerſum Ruſſorum imperium GARDARIKE, GARDAVÆLLDE, immo abſolute GARDAR ſ. GARDIÆ, in hiſtoriis noſtris appellatur, primo agamus loco, ejus ετυμον quærendum erit, non ab ULMERUGIA (k) quadam Fennicæ ſigni-

p. m. 5. Gothicæ, inquit, nationes (cum quibus, ut paſſim, Scythiæ dominis, imprudenter Sarmatas & Melan„chlænos, confundit) multiplices ſunt & olim fuere & „nunc ſunt; maximæ harum & nobiliſſimæ ſunt Gothi, „proprium nomen ex tota gente adepti. Eſt poſt pauca: „e ducum ſibi nominibus diſcrimina ſumſere. Auctor Vilkinorum hiſtoriæ p. 113. traditionum, ait, in hac hi„ſtoria ea indoles eſt, ut ex primi præfecti nomine, totum „ejus regnum cognominatum ſit, ut & cives, quibus imperaverit. (k) Scilicet ut Stralenbergio L. c. p. 95. placuit. Enimvero ne jam magnopere urgeam, Holmgardiæ, quemadmodum Ulmerugiæ, vocabulum eſſe Scando-Gothicum, dilucidius jam, quam antea in Introd. p. 19. & prolegg. ad Cogitt. orthogr. p. 19. de *Gothorum* & *Longobardorum* noſtrorum abitu hinc in *Ulmerugiam* ſ. *Rugilandiam*, porroque in *Germaniam Scythiamque* disquirere animus eſt. De *Gothis* agit Jordanes Geticarum rer. p. m. 613. referens eos „duce *Berigone* (*Erico*) e *Scanza inſulæ gremio* navibus vectos, „*Gothiſcanzia* (*Gothlandia*) exſcenſa, mox ad *Ulmerugos*, in „*citeriorem Oceani* (Germanici) *ripam* perveniſſe; horumque „deinde *vicinos Vandalos* propuliſſe. Cum vero *populi Gothi*„*ci magna numeroſitas creſceret*, pæne quinto rege eorum re„gnante, decretum fuiſſe, ut familiæ Gothorum inde in

ſignificationis ULIMA, (quam recentiorum nonnulli diſtrictum Ruſſiæ, qui, ultra Holmgardiam in orientem protenſus, Pleſcoviam, Pettzu-

„*aptiores terras* migrarent. Trajeciſſe ideo *amnem* quendam „*Viſclam* (Viſtulam) in cujus *inſula*, quam gens *Vividaria* (de „qua poſthac pluribus) paulo ante Jordanis tempora, oc„cupaverat, Gothorum ſegniores, *Gepidæ*, remanſerunt, „donec poſtmodum, ductore *Faſtida* (*Faſtvido*) *Burgundio*„*nes* aggrederentur. Gothos vero mox longius progreſ„ſos, loca aptiora quæſiviſſe in *Scythicis* terris, quæ lingua „eorum *Ovim* vocabantur, (h. e. exponente Peringſkœldio in notis ad vit. Theoder. *Ofheim*, quaſi latior mundus; Sturleſſonio dictus *Suidiod hin mikla* ſ. *Suedia* vel *Scy*„*thia magna*). Poſtea victores *Spalorum* factos ad *mare Ponti*„*cum* migrationem perfeciſſe. Hactenus Jordanes. Quod ſi porro Paulum Varnefridum audias, facile videbis eum *Longobardorum fere eandem* ingerere *viam*, cum jam adaperta Gothorum. Narrat itaque p. m. 749. ſeq. eos ex *Scandinavia* (ſenſu latiori accepta, cum e Norrigia maxime eruperint, ut infra oſtendam) proceſſiſſe in *Scoringiam* (*Sco*„*ningiam*, cujus & incolæ hodie *Sconingar* vocantur) *unius* „*non nimiæ amplitudinis inſulæ* (Scandinaviæ) *tertiam* ſolummo„do *particulam*. Cum autem hæc regio, ut vicinæ quæ„vis, a *Vandalis* preſſa ac tributaria facta eſſet (quod & po„ſterioribus contigiſſe temporibus, Sturleſſonius aliique „de *Vindis* ſeu Vandalis agentes teſtantur) obſequioque „iſto Longobardi teneri nollent, cum Vandalis, invocato „*Odini* auxilio, congreſſi victoriam reportarunt, ſed abi„re cogitantibus tranſitum impediebant *Aſſipeti* (*Aſaboënſes*, „territorii in Smalandia Calmarienſis cives) quibus tamen

Petzuram Novogardiamque complectitur interpretari amant, frustraneo tamen ut opinor, conatu, cum & historia & geographica

ca

„sponte tandem cedentibus, *Mauringiam* (quæ bina itidem
„Smolandiæ territoria eaque maritima constituit) peragra-
runt, inde in *Go'land'am* (Gotlandiam ut supra ex Jorda-
„ne vidimus, vel potius *OElandiam*) trajicientes, ubi ali-
„quanto tempore commorati, abiverunt in *Antabait* &
„*Bathaib* (*insulas* utique proxime adjacentes, cum Scan-
dica vox *ai* s. *ey* in plur. *eyar*, *eyum*, Ebr. אי & איים ejus-
modi terræ portionem significet) porro in *Burgundaib* (quæ
hodie *Bornholm*, olim *Borgundar ei* s. *holm* vocata, de qua,
ut jam seculo a Longobardorum exitu sequente, h. e.
quarto, ex Thorsteni Vikingssonii hist. p. 4. Torfæus vi-
dendus T. I. p. 195. coll. 356.) Et postquam ibi aliquot
„annos commorati essent, abitum (nullis tamen, quas
„transiissent, regionibus nominatis) accelerasse dicuntur,
„donec ad *fluvium* quendam (sine dubio, ut supra vidimus,
„Vistul am) subsisterent, ceu cujus transitu prohibebantur
„ab *Amazonibus* quibusdam (*Hamaisor*, *Hamœar*, alias *Skiœld-
mœar*, qvibus utique etiam orientales maris Balthici acco-
læ gaudebant, tributarii quippe Scando-Gothorum, qui
eos præterea sæpissime adire solebant, in orientem per fl.
Dunam, profecturi, probantibus præter OErnhielmium
in Hist. Eccl. & Vita Delagardiana D. Mollero in dissert.
supracit p. 24. sq. & D. Scarino in dissert. Aboënsi de Sveo-
num in Livoniam meritis; immo exempla de Amazoni-
bus ejusmodi, Varegico Russicis, suppeditante Oddi no-
stri historia c 57. coll. heic p. 75. ut necesse non sit huc
unice adplicare Adami Brem. traditionem de Amazoni-

ca fides exstantissima, eandem evincat esse, cum celebri Pomeraniæ insula, a Jordane memorata, & Paulo Varnefridi RUGILANDIA dicta, cognominemque habente PROVINCIAM

R in

bus Kuenlandicis, quas nec Paulus Varnefridi intellexit,
cum in *intimis alicubi Germaniæ* (non Scandinaviæ) *finibus*, eo-
rum gentem degere, se, ut dubium, nonnihil inaudivis-
„se narrat.) Ab hoc tamen fluvio Longobardi, ad *ulterio-
„res terras* (sine dubio Otheim) digressi, a *Bulgaris* (Rus-
„sicis, de quibus supra) ferme oppressi sunt; recuperatis
„tamen viribus, felicius cum dictis congressi hostibus,
„audaciores quidem se gesserunt ad expetendos belli labo-
„res, nihil tamen deinceps memoratu dignum, egisse
„memorantur, præterquam quod, post devictum ab *Odo-
„achre* (*Oddvakro*) inde ex Italia profecto, *Rugilandiæ* (Pome-
„ranicæ) Regem *Feletheum* (*Folkvidum*) in hujus mox occisi
„*regionem* prorsus *vastatam*, sed tamen *fertilem*, retrocesse-
„rint. Unde post aliquot annorum moram egressi in
„*campis* (Rugiæ istius) *patentibus* habitarunt, qui Barbari-
„co (Scandico) sermone vocabantur *Feld*, (*Folld*, ut *Foll-
diæ* Norrigiorum orientales & occidentales, nec non *Fale*
s. *Folldebygdia* Vester-Gothica, patentes itidem campi).
„Tandem gloriosa de *Herulis* acta victoria, qua utpote *di-
„tiores* non modo, sed & *diversis*, quas dein superabant,
„*gentibus*, *auctiores redditi*, in *Pannoniam* discesserunt. His
ita recensitis & explicatis, constare puto Ulmerugiam esse
Rugiam Pomeranicam, quod adhuc certius constabit, si
consideraverimus primo, Longobardorum *Gungingicam*, ut
P. Varnefridi p. 753. scribit, rectius *Giukingicam*, a Satore

in NORRIGIA INSULAREM, & antiquiſſimis temporibus celeberrimam, unde RUGII utique Pomeranici antiquitus emigraverint) ſed vel a primo quodam provinciæ iſtius præfecto, HOLMGARDO ſive HOLMGAIRO (l) vel potius HULM

Giuko, familiam e *Norrigia* eſſe deducendam, cfr. prolegg. ad Cogitt. orthogr. p. 19. ſeq.; ſecundo *Holmrugios* etiam ibi ab antiquiſſimis inde temporibus habitaſſe, quaſi dicas *inſulares Rugios*, in provincia *Regalandia*, de qua præter Sturleſſonium L. c. T. 1. p. 96. 164. deſcriptio Norrigiæ in Torfæi Hiſt. Norrig. T. 1. p. 32. 34. 62. conſulenda. Tertio *Longobardorum*, ut gentis Norrigicæ, certiſſimos *lares* haberi apud eundem Sturleſſonium, non modo T. 2. p. 321. ubi Norrigiæ quidam tractus *Langbardsſida* nominatur, ſed & T. 1. p. 165. proxime poſt Holmrugorum mentionem, de Longobardis ita ſcriptum eſſe: *Langbardir luto at lida fiorvi*, h. e. *Longobardi inclinarunt ſ. incurvarunt ſe ad vitam hominum.* Ubi quidem Godmundi Olavii verſio, loco Longobardorum habet: *longiores clypei*; ipſe tamen in Indice Poëtico ad Sturleſſ. ingenue fatetur priorem verſionem æque rectam eſſe; *rectiorem* tamen potius dixiſſet, cum poſt allatas voces, mox tam *clypei* quam *lanceæ* (*ſkiolldur* & *geir*) memorentur. Notat alias verbum illud *luta* ſortiri, partire, ut ſenſus ſit, Longobardos *ſortitos* eſſe vitam hominum. Tandem & hoc addere juvabit, quod expeditio *Berici*, a Jordane ſupra memorata, e Scandinavia pariter in *auſtrum* (*Suderlandias*) facta tradatur in noſtris Chronicis, cfr introduct. noſtr. p. 7. (l) Vid. Indicem Verelii nominum propriorum in calce nott. ad Herrœdi hiſt.

HULM inſula & GARD ſepes, munimentum (m), quaſi diceres INSULAREM PROVINCIAM, SEPARATAM puta, verſus occidentem lacubus, Ladogenſi & Onegenſi, ab oriente fluvio Vaga, qui ſe in fluvium Duinam exonerat, ortumque trahit haud procul a Bialo-Ozoro & palude vel fluvio Badogenſi, connexo iterum cum Ladogenſi ſupra NOVO-

GAR-

item Epiſtolam meam resp. p. 21. (m) Notat prior vox *holm* proprie inſulam, & quidem plerumque minorem, a rad. *hol*, *holl* tumulus, editior humus, ſolum erectius, unde & Poët. *holmlinde* mare, quaſi inſulæ zona; translate *ſeptum & definitum locum*; hinc & *gardur* additur, quod *ſepem* ſignificat, de qua voce vide Verelii Lex. Certe *Holmgardur* etiam in Hiſt. Vilkin. p. 479. occurrit, de area quadam in caſtello Helvetiæ Suſano, verbis ſeqq. *Hunni in aream irrumpentes, a Niflungis propulſantur, quæ poſtmodum ex loco prælii iſtius*, Holmgardia Niflungica (Niflunga Holmgard) *cognominari meruit.* Obſervandum proinde Goth. *holmgang* ſ. duellum, ab *inſula* vocari, quod in ejusmodi locis pugiles Scando-Gothici concertatum plerumque coirent. Vid. Sturlœgi hiſt. p. 23. ubi tamen loco *eggiatinnar* ſcribendum fuiſſet *eyarinnar*, coll. p. 33. Vatsdælorum c. 39. Eyrbyggorum c. 9. Bardi nivei montis deaſtri c. 17. Kormaki hiſt. c. 17. Eiglæ c. 71. ſeq. Giſli c. 1. A *gard* vero, ut urbis vel civitatis notione proprie nuncupatam fuiſſe *Holmgardiam* Ruſſiæ provinciam, nemo rite putaverit, qui conſideret, & iſtam notionem eſſe recentiorem, pro qua antiqui ſem-

GARDIÆ diſtrictum (n). Hujus autem denominatio eſt a Scando-Gothico NYGARD h. e. NOVO SEPTO ſeu MUNIMENTO; illam enim a Varegis non ſolum reparatam, tempore Rurechi, poſteaque totam Ruſſiam Novogardiæ titulo inſignitam, ſed & cives ac incolas iſtius urbis ac regionis Varegos fuiſſe, ipſi faſſi ſunt Ruſſi. Videtur præterea hujus urbis meminiſſe Jordanes, dum (o) narrat, SCLA„VINOS commorari a CIVITATE NOVA „& Sclavino Rumunnenſi, & lacu, qui ap„pellatur Muſianus, usque ad Danaſtrum, & „(iterum) in boream Viſcla tenus. Hos „PALUDES SILVASQUE pro CIVITATIBUS habe„re (p) ad LITTUS autem OCEANI (Germanici) ubi

per *by* ſ. *bæ*, *bær* & *borg* uſurparunt, & regionem iſtam orientalem, haud pluribus quam Scandinavia, gaviſam fuiſſe urbibus. Hinc & urbes *Miklagardia* ſ. Conſtantinopolis & *Novogardia*, a recentioribus tantum memoratæ hiſtoricis, ut omnium maxime celebres latiſſimeque munitæ, iſto commeruerunt efferri vocabulo. (n) Vid. Stralenbergii Tabul. Ruſſiæ & Tartariæ Geogr. (o) P. 615. coll. 635. (p) Patet vel hinc, collato Herberſteinio de *Novogardiæ* diſtrictus *vicinorumque* conditione p. 54. *Ruſſiam auſtralem*, cum vicina *Polonia*, adhuc ſatis *incultas* fuiſſe, ut de

„ubi tribus faucibus fluenta VISTULÆ fluminis „ebibuntur, VIVIDARIOS (LIVIOS, LIVONES, „LITHUANOS (q)) reſidere ex DIVERSIS NATIO„NIBUS AGGREGATOS. Poſt eos ripam Ocea„ni ITEMESTIOS (Goth. OESTMESAR, OESTMÆNN, h. e. ÆSTONES, Fennicam ſ. Vendi-

 cam

aſſertione noſtra in Prolegg. ad Cogitt. orthogr. pp. 5. 7. nequicquam dubitetur, ubi videlicet, non dictas modo regiones, ſed & *Germaniam*, imperio ac juſſu Svevorum noſtrorum, in antiquam *vaſtitatem* redactas fuiſſe aſſeruimus. cfr. Rudb. T. 1. p. 593. 181. ſeq. 323. 341. (q) Facile intellectu eſt, Jordanem, ut Scando-Gothicum *Nygard* ſ. Ruſſicum *Novogorod*, vertiſſe per *civitatem novam*, ut ſupra oſtendi, ita ex Gothico vocabulo *liv*, vivus, vividus procudiſſe *Vividarios*, nobis etiam hodie *Livios* ſ. *Livones* nuncupatos, quos dicente Jordane p. 635. coll. 613. in inſulam Viſtulæ primo collectos, poſtea erupiſſe in ſuperiores regiones, ut tandem Itemeſtiis ſ. Æſtiis, vicini evaſerint, eo vero ſimilius eſt, quo clarius idem teſtatur, eandem gentem, ex *diverſis nationibus* initio conſtitiſſe; quod utpote, hodienum ex *ſermone Lettico*, ceu *faragine lingvarum variarum*, luculentiſſime cognoſcitur, ut animadverterunt Vexionius Deſcr. Svec. L. 2. c. 11. & illuſtr. Hermelinus in Diſſert. Dorpat. de Orig. Livonorum §. 14. vel p. m. 28. ſeq. Unde falli eos neceſſe eſt, qui per *Levonos* Scandicos, ſ. *Hilleviones*, quos Ptolemæus Geogr. L. 2. c. 11. memorat, Livios ſ. Livones, Lithuanosque intelligendos

„cam gentem (r) tenere, pacatum hominum „genus omnino„ His, ſane, gentibus Oceani noſtri accolas intelligi, ex alio patet Jordanis loco (s), ubi Ermannaricum in VENETOS arma commoviſſe tradit, eosque non minus quam ANTES & SLAVOS, ſuo imperio ſervire coegiſſe, ÆSTIORUM quoque, ſimiliter nationem, qui longiſſimam ripam OCEANI GERMANICI inſident.

ALDEYUBORG antiquiſſima fuit Gardariciæ civitas, ad lacum Ladogenſem, ſic ab iſta, Ruſſicæ dialecti torſione, denominatum, olim ſita; commemorata quippe, non modo a noſtris ſæpenumero hiſtoricis, ſed & a Dyo-

affirmarunt, cfr. Prodr. noſtr. p. 27. (r) Probavit idipſum, poſt Grotium, Stiernhielmium & Rudbeckium, D. Mollerus in Diſſ. de Varegis p. 12. ubi, refutatis Cluverio & Wachtero, opinantibus Æſtios Germanicam eſſe gentem, „ſic perorat: præterquam quod Æſtii ſint Finnici populi, „& Finnia in hiſtoriis noſtris ſæpius etiam vocetur *OEſterland*, notandum eſt, quod Jordanes Æſtios Finnica lin„gva expreſſerit *Itemeſtios*; *ite* enim Finnice notat orienta„lem plagam, Svedice *æſter* & *mies*, ſive, ut Æſtones „pronuntiant, *mes*, ſignificat virum; ideoque *Itemes* idem „eſt quod Svedicum *OEſtmann*, vir verſus orientem habitans &c. (s) P. 642. ſeq.

a Dyonyſio Periegeta (t), dicente, lacum ALDESCIUM & mare GLACIALE adjacere montibus RIPHÆIS, e quibus fluvii nonnulli promanant, qui circa oſtia ſua SUCCINUM ferant. (u) Quod ad regiones adtinet Ruſſicas, auctoritate hiſtoriarum de Oddo jaculatore & Bodvaro Biarkio, facile deprehendimus, a RADFASTO quodam nuncupatam RAFESTALANDIAM ſ. ROSTOVIAM; a MORO, MORALANDIAM ſ. MORDOVIAM vel MURUMIAM; a BIALKO, BIALKALANDIAM ſ. BIALO OZORAM, vel BIELSKOVIAM; a BALLDERO ſ. BALLDVINO, PALTESKIAM ſ. PLESKOVIAM; prout REFALANDIAM ſ. REFANIAM a REFERO aliquo, qua-

(t) Cujus hæc ſunt verba, v. 314. Hic quo„que *Aldeſci* & Panticapæ aquæ Riphæis in montibus „ſeparatim murmurant. Horum item juxta gurgites, „*Glaciale* prope *mare*, jucundo nitore lucens *electrum* naſcitur.„ (u) De electro iſto, quod ex *Eridano* ſ. *Rhodano* noſtro abunde collectum prodidere antiquiſſimi Græcorum ſcriptores, fuſe egit Rudebeckius T. 2. p. 64. ſeqq. coll. Illuſtr. Hermelini cit diſſert. §. 3. 8. præcipue 10. nec non D. Pryſzii diſſ. Aboënſ. doctiſſima, de transformatione Lacrymarum Heliadum in Electrum. Miſiſſe etiam *Æſtios*, Svionum fiduciarios, Legatos ad *Theodericum*, Regem in

quale nomen pariter ſæpiuscule occurrit. (x) Nec dubium, quin ſupranominata Ruſſiæ Provincia SURDALIA, hodie SUSDALIA nomen traxerit a SURTO Kuillani ſ. Sinaini filio. Eadem ratione denominatas vero videtur ſimile, non modo RESANIAM ſ. RESKOVIAM a RESAR ſ. RISAR h. e. gigantibus, Riſalandiæ forte minoris, de qua ſupra, qui longius in orientalia Ruſſiæ, vel ipſi penetrarint, vel vi abducti fuerint, quemadmodum poſterioribus temporibus, ſub invaſionibus Ruſſorum, Suedi & Fenni (y); ſed & SMOLENSKOVIAM a SMALANDIA, ut in Vilkinorum hiſto-

Italia OſtroGothorum, cum muneribus *ſuccino* conſtantibus, teſtantur litteræ eorum mutuæ, a M. A. Caſſiodoro in Variar. L. 5. p. m. 62. ſeq. exhibitæ. Certe, ad iſtum Theodericum, contempto proprio regno, Regem Scanziæ *Rodulphum* profectum eſſe, narrat Jordanes L. c. p. 612. (x) Vid. Gotrici hiſt. p. 66. ſeq. (y) Ex hiſtoriis Svio-Gothicis, priſci & recentioris ævi, patet, non tantum *Suedos*, occupata *Fennia*, hujus, præcipue Oſterbotniæ, Savolaxiæ & Nylandiæ incolas in *montana*, *Norrigiæ* vicina, abduxiſſe, ſubſtitutis in eorum locum, ſuæ gentis *colonis* (vid Diſſert. Upſ. de Oſter-Botnia p. 31. ſq. & Geſtricia P. 2. p. 4.) verum & Ruſſos *Suedorum Fennorumque* terras ſæpiuscule invadentes, plurimas inde familias ſecum in *Tartariam*

ſtoria (z) vocatur, prorſus quemadmodum SMOLANDIÆ Scandicæ & Danicæ, quas in ſuperioribus nominavimus (a). Regio autem montana MORTURAMIA, cui LIBERDONIA confinis (b) Ruſſis, ſine dubio, MURUM audit. Caſtellum autem AKORI, quemadmodum territorium AKABYGDIR, hodie KASTROM ſ. KORESTEN vel ISCHOREST vocatur. De ASPARICIA, ſ. Aſperi Jarli regno, diſpiciant ipſi antiquitatum Ruſſicarum conſultiores. CARELIAM ſ. KYRIALIAM utramque, tam borealem quam auſtralem, ab antiquiſſimo aboriginum Scandianorum Satore, KARO, Fornioti filio, dictam puto, qui utpote ſedem in Kyria Kuenlandica obtinuit fixam (c). Hac

S autem

& *Siberiam* traduxiſſe, quorum & hodie *reliquiæ* paſſim dignoſcuntur, ab indigenis & *lingua* & *religione* diverſæ. Vide de Tartaris *Dageſtanenſibus*, *Suiatſchis* & *Czeremiſſis*, Brenneri nott. ad Moyſen Armen. p. 99. & 107. addito Stralenbergii L. c. p. 346. 419. coll. Prodromo noſtro p. 13. 20. item Introduct. p. 195. (z) Pag. 117. 397. (a) Niſi a Scando-Gothico *Smala* pecudibus minoribus, quibus forte abundaverit, certe a *ſma* parvus, & *land* regio, quod variis conſtaret territoriis. (b) De quibus in hiſtoria de Albano. (c) Vide Origg. Norrigicas p. 1. coll. Introd. p.

autem occaſione ſimul commemorandam duco HERDALIAM Fennicam, quam haud procul a Balagardenſi latere ſ. Fennico Sinu ſitam, Rex Norrigiæ, Olavus Haraldi filius, e Gardaricia advectus, depopulatus eſt (d) nomen ſuum adhuc ſervare incorruptum in parœcia quadam Provinciæ Tavaſtenſis, verſus orientalem plagam lacus Pæyænenſis ſita, quo utique Olavus ille juxta fluvium Kymmenenſem contendiſſe potuerat.

TAndem SLAVORUM appellationem, a RUDITATE ac SERVITU petitam fuiſſe, Viri quidam celebres arbitrari ſunt. Etenim pro ut primo adſeri nequit, Ruſſos hoc ſe nomine tanquam proprio, honeſto vel glorioſo appellaſſe, ita negari haud poterit, per utramque iſtam appellationem, unam gentem eſſe intelligendam, quamvis interdum apud ſcriptores exteros, Conſtantinum puta Porphyrogenn. & alios, eadem nomina, tanquam diver-

ſ. 11. (d) Sturleſſonius T. 1. p. 387. collata Tabula geograph. nuper edita de regionibus ſinui Venedico adjacen-

ſas gentes, & tamen CONFOEDERATAS importantia, licentius occurrant (e) Quin contra adſerendum, quod non tantum apud Scando-Gothos, ſed & ipſos Ruſſos, ut ex civitatibus non modo CHLOPIGOROD ſed & SERVITIO civium CHLOP (f) videri poteſt, inde ab hujus gentis adventu, in uſu fuerint, præſertim poſtquam ejus haud exigua pars, Venedos ſecuta, auſtralia Viſtulæ peteret, maxima autem domi manens, Ruſſicum nomen, tanquam patrium, quippe ipſi ſedi jam olim competens, retinuit. Deinde, quemadmodum, quod ſupra inculcatum eſt, non modo SCANDO-GOTHORUM REGES, & HEROES VAREGI, Slavis ſ. Rusſis, ut genti hunc temporis

tibus. (e) Id, ſane, eo minus miramur, quo clarius conſtat, Græcos & Latinos ſcriptores ipſas *gentes Gothicas*, utut ſibi invicem interdum *inimicas*, & quidem *nominibus* ſolum diſtinctas, revera quippe *unius originis* & *nationis*, tanquam *diverſas* ſæpenumero referre. cfr introduct. p. 53. (f) De *Chlopigorodia* a *ſervis* nuncupata, & prope Novogardiam 2. milliaribus ab Uglitzo diſtante, nec non de cognomine alia ad Volgam ſita, videatur Herberſteinius L. c. p. 55. 57. Guagninus ibid. p. 166. & Oderbornius p. 244. qui illarum alterum celeberrimum prædicant emporium, in

RUDI, PRESSÆ, adeoque iſtorum OPEM ac DOMINIUM tandem imploranti, ab initio adventus ſui diu IMPERARUNT; verum & ipſi Ruſſi, ut SERVITUTI omnium quaſi DEDITISSIMI, (g) Czarorum ſe ſuorum SERVOS profeſſi ſunt; ita fieri potuit, ut Scando-Gothi, per ludibrium

quod plurimæ & quidem remotiſſimæ quotannis confluxerint gentes. De Ruſſis, ſe *chlopos* vocantibus ipſos, ſequenti videbimus nota. (g) In hanc rem Herberſteinius p. 36. ſic utpote de ſui temporis Ruſſis, a quibus ad antiquiores facilis argumentatio, ingenue ſcribens:
,, gens illa magis *ſervitute*, quam libertate gaudet, nam morituri,
,, ut plurimum certos ſervos manumittunt, qui ſe tamen
,, continuo aliis dominis, pecunia accepta, in ſervitutem
,, vendicant. Si pater filium, ut mos eſt, vendit, & is quo-
,, cunque tandem modo liber factus, aut manumiſſus fue-
,, rit, pater hunc rurſus atque iterum jure patriæ poteſta-
,, tis vendere poteſt; Poſt quartam autem venditionem,
,, nil amplius juris in filium habet. Idem pag. præced. mu-
,, lierum, inquit, conditio miſerrima eſt &c. omnes Ruſſi
,, ſe Principis *chlopos*, id eſt ſervos fatentur. Item: præſtan-
,, tiores, ex majore parte emtos aut captos ſervos habent;
,, quos autem liberos in ſervitio nutriunt, iis non eſt libe-
,, rum quolibet tempore diſcedere. Si aliquis citra volun-
,, tatem domini abit, nemo eum aſſumit. P. 40. coloni ſunt
,, miſerrimæ conditionis, nam illorum bona nobilium ac
,, militum prædæ expoſita ſunt, a quibus etiam per igno-
,, miniam *Chriſtiani*, aut *nigri* homunciones vocantur. No-

brium eos SLÆPARE, KLOPARE, GLOPARE, unde poſtmodum Teutonico - Ungaricum SCLAV, SCHLAVAC, (h) nuncupaverint. Eadem fere ratione, qua Romani GETAS ſ. GOTHOS & DACOS, nonnunquam devictos preſſos

,, bilis quamtumvis pauper fuerit, turpe ſibi tamen & igno-
,, minioſum eſſe putat, ſi manu laboraret, hoc autem tur-
,, pe non eſſe ducit, cortices ſ. putamina fructuum a no-
,, bis & famulis noſtris abjecta, de terra levare & devora-
,, re. Audivi ſervitores aliquando conqueſtos, quod a
,, dominis non eſſent probe verberati. Credunt ſe domi-
,, nis diſplicere, ſignumque eſſe indignationis, ſi non ver-
,, berentur. Guagninus etiam p. 179. Hæc omnis gens
,, Moſchovitica ſive Ruthena magis ſervitute quam liber-
,, tate gaudet, cujus egregium executorem Principem pro-
,, prium habet, omnes enim paſſim, cujuscunque condi-
,, tionis ſint, nullo reſpectu perſonarum habito, graviſſi-
,, ma ſervitute premuntur. Nobiles, magnates, præfecti,
,, Primoresque & Conſiliarii omnes, *chlopos* ſe, id eſt, *ab-*
,, *jectiſſimos & viliſſimos ſervos* magni Ducis fatentur, & bona
,, ſua omnia mobilia & immobilia, quæ proprie poſſident,
,, non ſui, ſed magni Ducis eſſe dicunt. Ut autem eque-
,, ſter ordo a magno Duce, ſic etiam plebejus civilisq́, a no-
,, bilibus & magnatibus graviſſime premitur. Colonorum
,, enim bona & civium, militum & nobilium prædæ ex-
,, poſita ſunt, & per contemtum *nigri* homines. ſive *Chri-*
,, *ſtiani* communiter appellantur, &c. (h) Goth. *Sla* verberare, pulſare, Ulphila *ſlaban*; *ſlagt*, *ſlatur* caro mactati pecoris, cæſio; *ſlaggia* malleus, *ſlag* verber, pulſatio,

ſos & deſpicatui habitos, SERVORUM probroſa appellatione inſigniverunt. (i) Adeo hæc a vero non abludit ſententia, quin teſtata etiam red-

ſtrages, prælium; *ſlaga* vagus ferri; *ſleke* ancilla, *ſlager* equus recalcitrans; *ſlæpa* trahere onus, *ſli*, *ſly* hebes, *ſlilek* hebetudo· *ſlipa* atterere; *ſlappur* vacuus, laxus; *ſleiper*, *ſleiter* lubricus; *ſleipner* equus Odini; *ſleipnisverdur* Sleipneri pabulum ſ. ſervus; *ſleppa* relinquere; *ſlafr*, nugæ, gerræ; *ſlaſſa* ligurire, ſorbillare; *ſlodr* depreſſio, *ſlode* rheda ex virgis confecta; *ſlodde* habitu & moribus ſordibus; *ſlenſa* ignavi otio frui; *ſlængia* mittere, jacere, jactare. *Klappa* verberare, pullare; *klåpa* ruditer agere, facere; *klåp* rudis artifex; *klapr* utenſile rude; *klampr* truncus; *klipa*, *klifa* torquere, findere, ſecare, rupes ſcandere. *Glæ* lubricus, unde *kaſta a glæ* prodigere, perdere; *glapa* brute cernere; *glopa* inhiare; *glopr*, *glappe* glubo, ſtultus; *glopſka* ſtultitia; *glæpia*, *glaipa* glubere, ineſcare, fallere. (i) Prætorius orb. Goth. L. p. 21. *Slavorum nomen* adeo pro-„broſum & contemptibile Germanis redditum eſt, ut „*mancipia* vocarent *Slavos*, *die ſchlaven*. Iidem inter cetera, „quæ paſſi ſint, & neſcio an uſpiam non patiantur, ad „nullum honeſtius admittuntur officium; quod ex non-„nullis opificum teſtimonialibus, quas a magiſtratu No-„vitii, de honeſtis ſuis natalibus accipiunt, colligitur, in „quiſtus verba leguntur hujusmodi: Teſtamur &cc. quod „N. N. legitime ex honeſtis parentibus & non ex *Vendis* „aut aliis *deſpicatui habendis hominibus* &c. natus ſit Neque no-„ſtra hoc primum ætate natum eſt; jam olim ætate Tullii, „Romanis *ſervi* dicti ſunt *Getæ* & *Daci*, Cœlio Rhodigino „L. 21. c. 11. atteſtante. Cauſſam reddit Trebellius Pol-

reddatur verbis Jordanis (k) dicentis: Verum Antes & Sclavos GETARUM (ſ. Gothorum) Regis Ermannarici IMPERIIS SERVIVISSE, immo iis, quemadmodum alioquin Æſtiis omnibusque Scythiæ & Germaniæ nationibus, ac ſi PROPRIIS LABORIBUS imperaviſſe. Quibus, coronidis loco, addiderim verba Nicephori Gregoræ (l) de Scythis in SCYTHIA noſtra antiqua, ut exterarum tantum non omnium gentium dominis: Scytharum gens, „inquit, eſt POPULOSISSIMA, magis verſus „SEPTENTRIONEM habitans, quam aliæ no-„ſtri orbis; & quamvis non prorſus arctico „polo ſubjecta, in eo tamen ſita parallelo, „qui maxime verſus ſeptentrionem porrigi-„tur. Ut & veteres Hiſtorici nobis tradide-„runt, & quantum licuit diuturna experien-„tia comperimus - - Innata quædam JUSTI-„TIA illos regit & haud invidenda LIBERTAS. Qui-

„lio in Claudio, ubi de *Gothis* in Pannonia & Myſia debella-„tis: factus, inquit, miles Barbarus & colonus ex Gotho; „nec ulla fuit regio, quæ Gothum ſervum triumphali quo-„dam ſervitio non haberet. (k) Pag. 642. ſq. (l) P. m. 14. ſq. edit. Baſil.

„Quibus de cauſſis & Homerus eos mortali-
„um juſtiſſimos nominavit. Appellationem
„vero eorum ſcriptores veteres nobis varie
„tradiderunt. (m) Nam Homerus CIMMERI-
